

6718

Z BIBLIOTEKI  
SEMINARIUM  
SANDOMIERSKIEGO



PROCESSUS  
JUDICIARIUS

P R A X I  
FORI ECCLESIASTICI  
REGNI POLONIAE  
ACCOMMODATUS

IN GRATIAM CANDIDATORUM  
JURIS CANONICI

*Seminarii Varsav: S. CRUCIS Typis*

MANDATUS.

---

VARSAVIÆ

EX TYPOGRAPHIA S. R. M. & Reipub:  
Colleg: Soc: JESU. 1798.

6718

*Diminutione 17. 9. 1798.*

6718

Z BIBLIOTEKI  
SEMINARIUM  
SANDOMIERSKIEGO



APPROBATIO  
CENSORIS ORDINARIUM

Processum Judicarium Praxi  
Fori Ecclesiastici Regni Poloniae  
accommodatum, typis mandari  
posse censeo. Varaviae Nonis  
Maii Anno 1768.

P. H. SLIWICKI  
Libror: Censor Ordin:





PROCESSUS JUDICIARIUS  
FORI SPIRITUALIS.



Quamvis certum de iure sit  
Processum in causis crimina-  
libus aliter, & aliter in cau-  
sis Civilibus inchoari, quia in causis  
Criminalibus vel ab accusatione, vel a de-  
nuntiatione, vel ab inquisitione, iam au-  
tem in causis Civilibus semper a citatione  
incipit, quia tamen modernis temporibus  
in variis Consistoriis usus invaluit etiam  
causas Criminales, processu eodem quo  
Civiles agitantur, tractari, & tam in pri-  
ma quam in secunda Instantiis, tam co-  
ram Iudice Ordinario, quam Delegato,  
a citatione inchoari, idcirco:

▲

Ante.

Antequam causa in iudicium deducatur, præsertim in Civilibus, non intermittenda est amicabile requisitio de re controversa, quod si non proderit, adeundus est aliquis per Actorem bonæ vel probæ conscientiæ Procurator, cui causa & meritum eius candidè aperienda, qui Libellum seu propositionem citationis concipiat, & cum eodem Actore ad Cancellariam Consistorii pro citatione extradenda remittet, vel si Advocatorum penuria sit, Actor directè Cancellariam adeat, & ibi negotio causæ suæ enarrato, citationem sibi dari expetat, in qua citatione terminus competens pro loci distantia assignandus, ut si distantia sit duorum vel trium milliarium, terminus 3. dierum, si sex vel septem, terminus 6. dierum assignandus.

Citationis autem contextus est talis:  
 „ *Theodorus* [ hic scribendus est totus  
 „ titulus Episcopi ] v. g. *Theodorus Dux*  
 „ *in Klewan & Zukow Czartoryjski*  
 „ *Dei & Apostolicæ Sedis gratia E-*  
 „ *piscopus Posnaniensis & Varsaviensis.*  
 „ *Admodum Ralis, Venerabilibus &*  
*Ho-*

„ Honorandis Viris, Præpositis, Pa-  
 „ rochis, Vicariis, Commendariis, Al-  
 „ taristis, Psalteristis, Mansionariis,  
 „ cæterisque Presbyteris, quibusvis  
 „ Clericis, Scholarum Rectoribus, Sa-  
 „ cristianis, Organariis, Campanariis,  
 „ aliisque Ecclesiarum Ministris legiti-  
 „ mis Executoribus tenore præsentium  
 „ requirendis salutem in Domino. Man-  
 „ damus vobis in virtute S. obedientiæ  
 „ Et sub excommunicationis pœna qua-  
 „ tenus ad instantiam N. accedentes  
 „ personaliter N. si id commode fieri  
 „ poterit, alias relictis præsentium co-  
 „ piis in loco solitæ eius residentiæ cum  
 „ obdestinatione Familiæ eius domesticæ  
 „ de dimissis [vel si Monasterium citabitur,  
 „ scribatur: alias relictis Et dimissis præ-  
 „ sentium copiis in manibus Religiosi  
 „ Janitoris] Ipsum uno edicto pro tri-  
 „ bus ac peremptoriè citetis, quem Et  
 „ nos præsentibus citamus, ut coram  
 „ Nobis Judicioque Nostro Consistori-  
 „ ali N. (vel si citatio fuerit ad Curiam  
 „ Episcopi aut Archiepiscopi addatur; vel

„ ubi tunc cum Curia Nostra feliciter  
 „ in Domino constituti fuerimus ] 3tia  
 „ die ab intimatione præsentium com-  
 „ putanda, ipsa tunc iuridica existen-  
 „ te, alias extunc proxime & immedi-  
 „ ate sequenti, exclusa tamen & non  
 „ computata vestræ executionis die [ v.  
 „ si voluerit, scribet: inclusa etiam &  
 „ computata executionis die ] hora &  
 „ loco audientiæ causarum fieri solitæ,  
 „ personaliter, legitime ac peremptorie  
 „ compareat, ad videndum & audien-  
 „ dum contra se proponi de & super eo,  
 „ quia ipse decimam manipulare[m] om-  
 „ nis grani & seminis ex agris & ara-  
 „ turis villæ N provenientem, ad Acto-  
 „ rem eiusque Ecclesiam N pertinentem  
 „ & de iure spectantem, multoties ami-  
 „ cabiliter requisitus extradere non  
 „ vult & recusat, Ipsum proinde ad ex-  
 „ traditionem huiusmodi Decimæ, si &  
 „ in quantum integra est, alias ad solu-  
 „ tionem veri & quoti eius valoris, me-  
 „ dio Actoris iuramento liquidati, cogi  
 „ & compelli, in damnisque & litis



„ *expensis condemnari, Cæteraq; &c:*  
 „ [subintellige quæ iuris & iustitiæ fac-  
 „ rint consona decerni, statui & sententi-  
 „ ari] *Ccertificantes &c:* [subintellige  
 „ quod siue in dicto termino comparuerit,  
 „ siue non, Nos nihilominus ad ea, quæ  
 „ iuris & iustitiæ erant in Domino pro-  
 „ cedemus, contumacia seu absentia eius  
 „ penitus non obstante] *Datum N. die*  
 „ *N. Mensis N. Anno N. Nostro sub*  
 „ *Sigillo.* Huic citationi apponitur Si-  
 „ gillum Judicis, & Notarius se se sub-  
 „ scribit.

Si non sit tutus accessus ad illum, qui  
 citandus est, utpote quod iuste timeatur,  
 ne executorem percutiat, aut aliquam vio-  
 lentiam eidem inferat, tunc iuxta præscri-  
 ptum Constitutionum Provincialium L. 2.  
 de dolo & contumacia decernitur citatio ad  
 valvas Ecclesiæ Parochialis, aut domûs ci-  
 tandi exequenda, & id in termino consta-  
 re debet. In citatione autem scribendum sic:  
 „ *Personaliter si id commode fieri po-*  
 „ *terit, alias si non sit tutus accessus*  
 „ *per affixionem copix præsentium ad*  
 „ *valvas*

„ *valvas Ecclesie vel habitationis eius,*  
 „ *Ipsum &c.*

Citatione ex Cancellaria accepta, & in manus Executoris tradita, qui primo copiam unam alteramve, si plures citari debeant, describat tandem authenticum citationis secum defrens, personaliter citatum addeat, ipsique copias ad manus tradat, & terminum assignet, literasque authenticas citationis si a citato requirantur, monstret.

Executione citationis sic facta, debet illam Executor a tergo literarum authenticarum seu originalis citationis connotare sic vel similiter.

**TENOR EXECUTIONIS CITATIONIS.**

„ *Ego NN Vicarius N Anno N*  
 „ *Mense N die N personaliter accedens*  
 „ *Nobilem vel Admodum N ipsum præ-*  
 „ *sentibus citavi, copias earum ad ma-*  
 „ *nus dedi, & terminum assignavi, cæ-*  
 „ *raque omnia prout intro mandantur,*  
 „ *fideliter executus sum. In quorum*  
 „ *fidem me subscribo idem yui supra*  
 „ *mpp. Vel si sit citatio generalis vel li-*  
 „ *teræ cridæ. „ Ego &c: præsentem ci-*  
 „ *ta-*

„tationem ex ambona coram populo  
 „ad Divina audienda congregato vel  
 „per affixionem ad valuas Ecclesie  
 „publicavi, & quæ intro mandantur,  
 „executus sum &c: “ Quod si Executor  
 scribere nesciat, vel citatus accipiat Exe-  
 cutori Originale, tunc idem Executor ad  
 Acta Officii vel coram Ipso Iudice compa-  
 rens, redditionem & relationem redditæ  
 citationis faciet, aut ereptum sibi per ci-  
 tatum originale referet.

Si citatus circa intimationem citationis  
 aliqua verba iniuriosa in Executorem pro-  
 tulerit, Executor illa connotare debet, u-  
 nâ cum citatione, addendo post illa verba:  
*Fideliter executus sum, qui quidem N*  
*verba talia & talia protulit.*

Antequam terminus ex citatione adve-  
 niat Actor Procuratorem suum adibit, eum  
 de meritis causæ informabit, & originale  
 ad manus dabit. Postquam autem termi-  
 nus ex citatione inciderit, Actor causam in  
 Regestrum acclamandarum seu vocanda-  
 rum causarum inscribi curabit, & post-  
 quam fuerit ex eo acclamata, Actor vel  
 eius

eius Procurator interrogat, an citatus vel eius Procurator compareat, & tunc citatus vel comparet, vel non, si comparet, formatur cum ipso Processus, de quo infra, si non, instituitur contra ipsum.

PROCESSUS CONTUMACIALIS.

Facta causæ acclamatione, Actor vel eius Procurator his vel similibus verbis alloquitur Judicem: *Illū Dñe vel Rmē Dñe Emanatae sunt literæ citationis ad instantiam NN contra NN. ex quibus terminus in diem hodiernam incidit, prout de legitima eiusdem citationis executione doceo. accusoque contumaciam dicti N legitime citati & non comparentis, ac in eius contumaciam Processum ulteriorem (videlicet monitorium simplex) decerni peto, & a Judice obtinet iuxta petita. Comparitio autem in Actis scribitur, ut postea dicitur.*

Quod Decretum per Notarium sive Cancellarium connotatur a tergo citationis sic v. g. *Anno N die N contra citatum non comparentem decernitur monitorium simplex cum termino N dierum: & se*

sub-

subscribit. In Monitorio autem terminus tot dierum assignari debet, quot dierum assignatus fuit in citatione. Hic usus scribendi Decreta in citationibus vel monitoriis & aliis instrumentis Processus contumacialis quamvis fere in omnibus Confistoriis sit frequens, tamen longe melius & securius foret, si in Protocollo Actorum, prævia comparitionis Actoris inferri, adnotarentur. Sic enim facilius & securius esset ad docendum de legitime obtento Decreto super aliquo Processu contumaciali, nam quandoque contingit, eiusmodi Decreta in citationibus vel aliis annotata, cum iisdem deperdi.

Tandem citatio cum adnotato in eodem Decreto defertur ad Cancellariam, & in ea obtineatur extensum in stili forma.

MONITORIUM SIMPLEX.

*Theodorus &c:*

„ *Am̄dum Rdis Rdis &c:* ut supra  
 „ in citatione. *Noveritis quod quam-*  
 „ *vis Nobilis N ex Nostri citationis*  
 „ *literis ad Nos Judiciumque Nostrum*  
 „ *pro die & termino hodierno ad instan-*  
 „ *tiam*

22 tiam R. N. Parochi N. de E. super eo:  
 22 (hic inscribitur propositio in citatione con-  
 22 tenta, quia ipse Decimam manipulare &c:  
 22 requisitus extradere non vult & recusat)  
 22 legitime citatus existens nec per se,  
 22 nec per suum legitimum Procurato-  
 22 rem comparens, pro sua huiusmodi  
 22 contumacia, parte actorea instante  
 22 merito excommunicandus erat, Nos  
 22 tamen paterne cum eo procedere vo-  
 22 lentes, adhuc nostras monitionis lite-  
 22 ras in E. contra ipsum duximus, ex-  
 22 tradendas, extradimusque in Dei no-  
 22 mine per presentes. Quocirca vobis  
 22 superscriptis Executoribus in virtute  
 22 S. Obedientiae E. sub excommunica-  
 22 tionis poena mandamus, quatenus  
 22 tenore praesentium requisiti, seu ali-  
 22 quis vestrum requisitus accedendo  
 22 personaliter dictum Nobilem N. ipsum  
 22 auctoritate nostra moneatis E. re-  
 22 quiratis, quem etiam nos praesenti-  
 22 bus monemus E. requirimus, ut intra  
 22 N [v.g. 3. dies.] nostram, huiusmodi  
 22 monitionem proximè ac immediatè  
 22 se.

„ sequentes, quos ipsi pro omnibus di-  
 „ lationibus terminoque peremptorio,  
 „ ac trina, primam scilicet diem pro  
 „ 1ma, 2dam pro 2da, & 3tiam sequen-  
 „ tem pro 3tia eaque ultima Canonica  
 „ monitione præfigimus ac assignamus,  
 „ ut supra scripto actori ad propositio-  
 „ nem respondeat, vel satisfaciat alias  
 „ ( hic petitio seu conclusio inferatur )  
 „ Verum si se in præmissis gravatum  
 „ senserit, extunc coram nobis Judici-  
 „ oque nostro N ultima die monitionis  
 „ suce, ipsa tunc iuridica existente, alias  
 „ extunc proxime & immediate sequen-  
 „ ti, exclusa tamen & non computata  
 „ vestre executionis die, hora & loco  
 „ Judiciorum fieri solitorum persona-  
 „ liter legitime ac peremptorie compa-  
 „ reat, ad dicendum & allegandum  
 „ causas rationabiles & iuridicas cur  
 „ præmissa fieri non debeant, alias ad  
 „ videndum & audiendum, ipsum ex-  
 „ communicari, literas excommunicati-  
 „ onis decerni, & ex Cancellaria no-  
 „ stra in forma solita extradi, manda-  
 „ ri,

„vi, cæteraque &c: Certificantes &c:

„In quorum fidem Datum N &c:

*Nota:* Data monitorii debet scribi semper illius diei, quo obtinetur Decretum extradendi tale monitorium.

Huiusmodi monitorium taliter per Executorem intimari, & executio originali adnotari debet, sicut dictum est de citatione. Termino ex huiusmodi monitorio legitime executo adveniente, Actor comparet rursus, & accusat contumaciam citati moniti & non comparentis, atque in eius contumaciam petit decerni monitorium non viso robore, alloquendo Judicem scilicet, ut in termino ex citatione. Et Judex decernit illud cum termino ampliori quam fuit monitorium simplex, quod Decretum per Notarium a tergo simplicis monitorii connotatur sic vel similiter: *Anno N. Die N contra NN citatum & monitam non comparentem decernitur monitorium non viso robore cum termino N. dierum & se subscribit.* In Cancellaria autem sic extenditur huiusmodi.



MONITORIUM NON VISO ROBORE.

„ Theodorus &c: *Am̄dm R̄ndis &c*  
 „ *Noveritis &c:* [ scribat scilicet ut moni-  
 „ torium simplex usque ad illa verba: *le-*  
 „ *gitime citatus addatur & monitus e-*  
 „ *xistens* ] & ubi dictum in monitorio  
 „ simplici adhuc nostras monitionis li-  
 „ teras scribatur adhuc ultimarias no-  
 „ stras monitionis literas &c: & ubi di-  
 „ ctum moneatis & requiratis appona-  
 „ tur ultimariò moneatis & requiratis  
 „ &c: post illa autem verba: *satisfaciat*  
 „ *alias addatur Alioquin si secus fecerit,*  
 „ *& nostræ huiusmodi ultimariæ moni-*  
 „ *tioni contumaciter parere neglexerit,*  
 „ *ex tunc nos ipsum, prout ex nunc*  
 „ *præterlapso supra præfixo N die-*  
 „ *rum termino Christi nomine invocato,*  
 „ *his in scriptis excommunicamus,*  
 „ *quem etiam vos superscripti Execu-*  
 „ *tores, sicut præmittitur excommu-*  
 „ *nicatum diebus Dominicis & Festis*  
 „ *coram populo ad Divina audienda*  
 „ *congregato vestris in Ecclesiis publi-*  
 „ *ce ex ambonis denuntietis, publicari-*  
 „ *que*

„ que & denunciari curetis, præmissa  
 „ tandiu exequentes donec aliud a no-  
 „ bis habueritis in mandatis non viso  
 „ a nobis præsentium robore, nec ex-  
 „ pectatis aliis declaratoriis literis no-  
 „ stris. In quorum fidem &c: Dat:  
 „ Die N. NB. illâ qua obtentum De-  
 „ cretum talis monitorii.

Monitorium hoc citato debet intimari,  
 ita sicuti citatio, & executio a tergo est  
 annotanda, sicut de citatione dictum, ad-  
 dito solum *citavi* & *movui*.

Lapso itaque termino in Monitorio præ-  
 fato assignato, post intimationem eiusdem  
 citato factam, authenticum illius per Ec-  
 clesias deferetur, copiaque relinquetur,  
 ut publice fiat denuntiatio excommunica-  
 tionis ex ambona, & eadem denuntiatio  
 connotetur a tergo authentici.

Interea propter publicationem ex am-  
 bona loco copiarum monitorii relinquuntur  
 cedulones ad valvas Ecclesie affigendi idi-  
 omate vulgari scripti, scilicet.

„ Ad notitiam fidelium deducitur:  
 „ quod Nobilis NN ad instantiam NN

„ ex Decreto Iudicii Spiritualis Nob  
 „ contumaciam & non comparitionem  
 „ in eodem Iudicio sit excommunicata  
 „ tus, inhibeturque ne quis cum eo par-  
 „ ticipare & conversari audeat sub  
 „ iisdem pœnis,

Aliquando sed raro & nonnisi contra  
 Personas distinctiores ex usu iudiciorum  
 modernorum ante monitorium non viso  
 robore, concedi solet monitorium viso ro-  
 bore, quod per omnia ita scribi solet, si-  
 cut monitorium non viso robore, nisi in  
 fine additur clausula sequens: „ *Viso ta-*  
 „ *men a nobis præsentium robore &*  
 „ *aliis declaratoriis literis nostris,* “  
 quo casu post lapsum spatium in monitorio  
 designatum robor eiusmodi monitorii per  
 Iudicem apponitur, & per Notarium in  
 Terminario Causarum vel a tergo Monito-  
 rii sic connotatur: *Anno N. die N. Mo-*  
 „ *itorium præsens in suo robore con-*  
 „ *servatur & literæ excommunicatio-*  
 „ *nis seu declarationis contra intromo-*  
 „ *ritum non comparentem pro excom-*  
 „ *municato publicando decernuntur.*

Quæ

Quæ in Cancellaria sub stili forma extendantur.

DECLARATIO EXCOMMUNICATIONIS OB CONTUMACIAM.

„ *Theodorus &c: Admodum Rñdis*  
 „ *&c: Salutem in Domino. Noveritis,*  
 „ *quia nos Nobilem N ad instantiam*  
 „ *N ad nos Judiciumque nostrum pro*  
 „ *die & termino hodierno de & super*  
 „ *eo [ hic inferatur propositio tota vel sal-*  
 „ *tim innuatur essentia eius ] legitime*  
 „ *citatum ac bis monitum, & non com-*  
 „ *parentem contumacem reputavimus,*  
 „ *& propter huiusmodi contumaciam*  
 „ *parte actorea instante, eundem ex-*  
 „ *communicandum esse duximus, uti*  
 „ *Christi nomine invocato his in Scri-*  
 „ *ptis excommunicamus, mandantes*  
 „ *vobis suprascriptis Executoribus in*  
 „ *virtute S. Obedientiae & sub excom-*  
 „ *municationis pœna quatenus eundem*  
 „ *Nobilem N sicuti præmittitur per*  
 „ *nos excommunicatum vos quoque*  
 „ *vestris in Ecclesiis singulis Dñcis die-*  
 „ *bus & Festis coram populo ad Di-*  
 „ *vina*

„vina audienda congregato publicè ex  
 „ambonis denuntietis, publicarique &  
 „denunciari curetis, præmissa tam diu  
 „exequentes, donec aliud a nobis habu-  
 „eritis in mandatis, In quorum fi-  
 „dem &c: “

Hic citatus si velit contumaciam suam  
 purgare, & robur monitorii suspendere,  
 excommunicationemque, ne in eam inci-  
 dat, ac pro excommunicato per Ecclesias  
 publicetur, vitare, potest recurrere ad Ju-  
 dicem vel ipsius Cancellariam & petere ci-  
 tationem „ ad videndum & audiendum  
 „monitorium quoddam non viso robore  
 „quasi in contumaciam dicti Nobilis  
 „Nex instantia Rñdi N in causa ratio-  
 „ne acsi non extraditionis decimæ &c:  
 [ hic innatur propositio illa, super qua  
 convenitur citatus ) obtentum & e Can,  
 „cellaria nostra emanatum, ex causis  
 „& rationibus futuro in termino addu-  
 „cendis & allegandis revocari, & de  
 „bene obtento doceri, alias ad dicen-  
 „dum causas rationabiles & iuridicas  
 „cur præmissa fieri non debeant. “

B

Et

Et hæc citatio tempestivè Actori intimari debet, antequam elapsus sit monitorii non viso robore terminus. Terminò autem ex prædicta citatione adveniente, citatus seu monitus per se vel per suum Procuratorem petet ut in citatione, dictum monitorium revocari, & de bene obtento doceri. Ex adverso Actor instabit præfatum monitorium non debere revocari, nisi re-  
fusis prius expensis contumacialibus; docendo autem de bene obtento exhibebit citationem simplicem, executionemque illius & terminum ex eadem incidentem. Item monitorium simplex & executionem illius, tandem monitorium non viso robore legitimè executum. In contrarium citatus causas impediendi, quare non comparuerit, allegabit, quas si iustas non habuerit, Iudex eum in expensis per se moderatis Actori refundendis condemnabit.

Si autem citatus monitus, ita contumax fuerit, ut intra terminum monitorii non viso robore partem adversam non aquiescat, nec citet ad videndum monitorium revocari, lapso termino in monitorio præ-  
fixo

fixo, incurret sententiam excommunicationis, & declarabitur atque publicabitur pro excommunicato per Ecclesias. Et si dictus contumax pro excommunicato publicatus huiusmodi excommunicationem toleret, nec se ab eodem absolvi curet per mensem, debet iuxta Janidlovium c. 15. fol. 50 per Actorem eari ad videndum & audiendum nostras excommunicationis sententias in & contra eundem N ratione contumacie ipsius in causa occasione N iam dudum ad instantiam N per nos latus ac fulminatas aggravari, literasque aggravationis decerni, & in forma solita relaxari mandari. Ceteraque &c: Certificantes &c: vel ad dicendum &c: Termino ex citatione adveniente rursus Actor comparens coram Iudice citationem eiusmodi producat, & de eius legitima executione docebit, atque accusata contumacia citati non parentis in eius contumaciam petet, ut in citatione, videlicet sententias excommunicationis aggravari, & literas aggravationis decerni, & a Iudice obtinebit. Quod Dreretum

per Notarium in terminario, vel a tergo citationis ad aggrauandum connotabitur sic vel similiter: *Anno N die N in contumaciam N citati non comparentis excommunicati decernuntur literæ aggrauationis. Cuius Decreti vigore ex Cancellaria sub stili forma extradetur.*

AGGRAVATIO.

„ *Theodorus Sc: Adum Rñdis Rñdis*  
 „ *Sc: salutem in Dño: Noveritis quia*  
 „ *nos sententias excommunicationis ad*  
 „ *instantiam Rdi N contra Nobilem N*  
 „ *N in causa occasione [ hic inferatur*  
 „ *propositio quæ in citatione ] iam du-*  
 „ *dum latas & fulminatas in contuma-*  
 „ *ciam eiusdem Nobilis N pro die &*  
 „ *termino hodierno legitime citati, nec*  
 „ *tamen per se, nec per suum legiti-*  
 „ *mum Procuratorem coram nobis Ju-*  
 „ *dicioque nostro comparentis aggra-*  
 „ *vandas esse duximus & aggravamus*  
 „ *in Dei nomine per præsentem. Quo-*  
 „ *circa vobis superscriptis Executori-*  
 „ *bus in virtute S. Obedientie & sub*  
 „ *excommunicationis pœna mandamus,*  
 „ *qua-*



„ quatenus dictum citatum sicut prius  
 „ excommunicatum ita & nunc ag-  
 „ gravatum Vestris in Ecclesiis singu-  
 „ lis diebus Dñcis & Festis coram po-  
 „ pulo ad Divina audienda congregato  
 „ publicè ex ambonis candelis cereis ac-  
 „ censis & extinctis, ac demum ex am-  
 „ bona in terram proiectis, pulsatisque  
 „ minoribus campanis in signum male-  
 „ dictionis æternæ publicè denuntietis,  
 „ publicarique ac denunciari curetis,  
 „ præmissa tamdiu exequentes, donec  
 „ aliud a nobis habueritis in manda-  
 „ tis. In quorum fidem &c: Datt:  
 „ N. etc:

Hanc itaque aggravationem si citatus  
 contumaciter tolerabit per unum mensem,  
 nec ab ea absolvi procurabit, tunc Actor  
 procedendo ulterius obtinebit ex Cancellaria  
 Judicis citationem contra illum, „ ad  
 „ videndum et audiendum nostras ag-  
 „ gravationis sententias contra præsa-  
 „ tum nobilem N ratione contumaciæ  
 „ illius in causa occasione N ex instan-  
 „ tia Rñdi N iam dudum latas et ful-  
 „ minatas

„minatas reaggravari, Literasque re-  
 „aggravationis decerni, et ex Cancellaria nostra in forma solita relaxari.  
 „mandari Cæteraque etc: Certifican-  
 „tes etc: vel ad dicendum etc. In ter-  
 mino ergo legitimè ex citatione adveni-  
 ente Actor iterum petet contra citatum con-  
 tumacem ut in citatione literas reaggrava-  
 tionis decerni, & a Judice obtinebit.  
 Quod Decretum Notarius in terminario  
 vel a tergo citationis ad reaggravandum  
 adnotabit sic v.g. „ Anno N die N con-  
 „tra Nobilem N ad reaggravandum  
 „citatum et non comparentem. ac con-  
 „tumaciter se habentem decernuntur li-  
 „teræ reaggravationis Jam autem ex  
 Cancellaria sub illi forma extradi solet.

REAGGRAVATIO.

„ Theodorus etc: Am̄dm R̄nds R̄nds  
 „ etc: salutem in Domino. Noveritis,  
 „ quia nostras excommunicationis et  
 „ aggravationis sententias ad instanti-  
 „ am R̄ndi N in S̄ contra Nobilem  
 „ NN occasione contumacie ipsius in  
 „ causa et actione [hic inferatur propo-

sitio originalis ] iam dudum contra ipsum  
 „ latas et fulminatas, quas hactenus  
 „ pernicioso animo et in contemptum  
 „ ut præsumitur Ecclesiasticæ iuris-  
 „ dictionis sustinet et sustinere pertina-  
 „ citer non formidat, in tempore hodi-  
 „ erno ex citatione legitime, ut a tergo  
 „ apparehat, executâ proveniente, eo-  
 „ dem quo supra Rñdo N instante, et  
 „ memorato Nobili N obdurato corde  
 „ in contumacia persistente, duximus re-  
 „ aggravandas, prout his in scriptis  
 „ Xti Nomine invocato reaggravavimus.  
 „ Mandantes vobis suprascriptis Exe-  
 „ cutoribus in virtute S. Obedientie,  
 „ et sub excommunicationis pœna, qua-  
 „ tenus eundem Nobilem N sicut prius  
 „ excommunicatum aggravatum, ita  
 „ nunc per nos reaggravatum vestris  
 „ in Ecclesiis coram populo ad Divina  
 „ audienda congregato singulis diebus  
 „ Dñcis et Festis publice ex ambonibus,  
 „ candelis cereis accensis et extinctis,  
 „ tum in terram proiectis, et campâ-  
 „ nis pulsatis in signum inobedientie,

et

„ et maledictionis æternæ denunciatis,  
 „ publicarique et denunciari curetis,  
 „ data ipsi præsentium copia et post  
 „ factam intimationem facientes ipsum  
 „ a cibo, potu, salutatione, resalutatio-  
 „ ne, foro, via, igne, emptione, vendi-  
 „ tione, locatione, conductione hospi-  
 „ tii, balneique receptione, aliisque  
 „ humanis actibus arctius evitari, in-  
 „ hibentes ipsi Divina officia, Sacra-  
 „ menta quoque et sepultura Ecclesia-  
 „ stica, ac ingressus Eccl. sicæ sint ipsi  
 „ penitus interdicta, tamdiu quousque  
 „ ad gremium S. Matris Ecclesie per  
 „ abolutionem a præfatis censuris, post  
 „ purgatam contumaciam non redibit.  
 „ In quorum fidem etc: Dat: etc:

Si vero tam sic indurato animo citatus,  
 ut etiam sententias reaggravationis contu-  
 max per mensem iustinuerit, tunc Actor  
 obtinebit contra eundem citationem:  
 „ ad videndum et audiendum sententias  
 „ reaggravationis contra ipsum in cau-  
 „ sa occasione [ hic inseratur vel innua-  
 „ tur propositio ] ex instantia Rñdi NN  
 iam

„ iam dudum latas et fulminatas su-  
 „ perreaggravari, literasque superre-  
 „ aggravationis decerni, et ex Can-  
 „ cellaria in forma solita relaxari,  
 „ mandari, cœteraque etc: Certificantes  
 „ etc: v. ad dicendum etc: Quæ citatio  
 reagravato ut aliæ intimari debet. Et  
 se in termino ex huiusmodi citatione cita-  
 tus non comparebit, Actor petet contra  
 illum literas superreaggravationis decerni.  
 Notarius ut alias Decretum huiusmodi an-  
 notabit, & superreaggravationem in stili  
 forma extradet.

SUPERREAGGRAVATIO.

„ Theodorus etc: Adm Rñdis etc:  
 „ salutem in Dño. Noveritis, quia  
 „ nos nostras excommunicationis, ag-  
 „ gravatidnis, et reaggravationis lite-  
 „ ras ad instantiam Rñdi N in et con-  
 „ tra Nobilem N occasione contumacice  
 „ ipsius in causa occasione [ hic innua-  
 „ tur originalis propositio ] iam dudum  
 „ latas et fulminatas, atque hætenus  
 „ in perditionem animæ suce et scan-  
 „ dalum Xti fidelium a supra nomina-  
 to

22 to Nobili N. toleratas in termino ho-  
 22 dierno ex citatione legitime ut a ter-  
 22 go apparebat executata perveniente,  
 22 eodem quo supra Actore instante, et  
 22 dicto citato ut in antecessum pernicio-  
 22 se contumaciter se habente, duximus  
 22 superreaggravandas, uti quidem Xti  
 22 nomine invocato his in scriptis super-  
 22 reaggravamus. Mandantes vobis  
 22 superscriptis Executoribus in virtu-  
 22 te S. Obedientiae et sub excommuni-  
 22 cationis poena, quatenus praedictum  
 22 Nobilem N sicut prius excommuni-  
 22 catum, aggravatum, reaggravatum,  
 22 ita et nunc superreaggravatum ve-  
 22 stris in Ecclesiis singulis etc: [ scriba-  
 22 tur totum ut in reaggravatione usque ad  
 22 illa verba sint illis penitus interdicta,  
 22 & prosequatur ] Et nihilominus per-  
 22 sonaliter accedentes si comode po-  
 22 teritis, alias per affixionem copiae  
 22 praesentium valvis Ecclesiae vestrae o-  
 22 mnes et singulos utriusque sexus Xti  
 22 fideles, praesertim vero dicti super-  
 22 reaggravati, amicos, affines, Con-  
 san-

„ sanguinos et familiares ipsos salu-  
 „ briter moneatis, et requiratis, quos  
 „ etiam nos monemus et præsentibus  
 „ requirimus, ut ipsi intra N dies no-  
 „ stram huiusmodi monitionem proxi-  
 „ me et immediate sequentes, quos illis  
 „ pro omnibus dilationibus, termino-  
 „ que peremptorio ac trina Canonica  
 „ monitione præfigimus et assignamus,  
 „ a conversatione, participatione, fa-  
 „ miliaritateque dicti superreaggrava-  
 „ ti cessent, et se abstineant, ipsumque  
 „ a se alienent, nec in aliquo humano  
 „ officio solatium cupienti præbeant,  
 „ sed ut se absolvi procuret, et ad gre-  
 „ nium S. Matris Ecclesie redeat,  
 „ compellant, alioquin si secus fece-  
 „ rint et nostræ huiusmodi monitioni  
 „ contumaciter parere neglexerint. “  
 [sicut in monitorio non viso robare]

Ad extremum si pernicioso animo cita-  
 tus huiusmodi sententias & censuras con-  
 tumaciter sustinuerit per annum, tunc ad-  
 mentem iuris Actor cum assistentia Instiga-  
 toris Officii obtinebit citationem: ad vi-  
 dendum

dendum et audiendum ipsum ob infor-  
 descentiam in sententiis excommunicacionis per annum, iuxta præscriptum  
 SS. Canonum et Constitutionum Syno-  
 dalium pro suspecto de hæresi et hære-  
 tico formali declarari, Beneficio pri-  
 vari, pœnasque contra hæreticos a iure  
 fulminatas incidisse pronounciari Cæte-  
 raque etc: Certificantes etc: Et in ter-  
 mino ex hac citatione adveniente Actor  
 coram Iudice comparens petet decerni ut  
 in citatione. Quod autem decernet Ju-  
 dex, illud Notarius in Terminario seu  
 Protocollo adnotabit & publicabit.

Atque hoc est ultimum punctum Pro-  
 cessûs contumacialis in Foro Ecclesiastico  
 Regni Poloniæ. De iure vero civili e-  
 iusdem Regni per Statutum Vladislai Ja-  
 gellonis Cracoviæ de anno 1433. & eius  
 Filii Casimiri in Convntione Generali  
 Petricoviensij de anno 1453 relatum, apud  
 Herburt in Statutis Rogni verbo *Decima*,  
 verbo *de Raptoribus Decimæ et bono-  
 rum Eccles: ac sustinentibus sententias  
 excommun: ultra annum.* Excommu-  
 nicati



nicati infordefcentes per annum in excommunicatione puniebantur mobilium & immobilium receptione per Capitaneos locorum quousque non satisfecerint, & absoluti non fuerint, idque ad requisitionem Spiritualium, alias Capitanei negligentes per locorum Ordinariis protunc excommunicationis iaculo feriebantur. Sed hoc Statutum ob Articulum Confederationis anni 1573 de pace inter dissidentes in Religione tenenda sub interregno Henrici non est ad præsens in executione.

*Nota 1.* Tam Literæ aggravationis, quam reaggravationis ac superreaggravationis, quamvis id iure statutum non sit, melius tamen est, ut semper prius partitimentur, antequam ex ambonis publicabuntur.

*Nota 2.* Hic Processus contumacialis inservit non solum contra illum, qui citatus non comparendo contumax est, verum etiam contra illum qui Decreto & rei iudicatæ parere non vult, nam quando contra sententiatum emanat mandatum executivum, in eodem habetur excommunicatio,

BS )( 30 )( SE  
catio, quam si per mensem in se sustinuerit, citabitur ad aggravandum, post alium mensem ad reaggravandum, post tertium ad superreaggravandum, & post annum ad declarandum pro hæretico.

## M O D U S TOLLENDI CENSURAS.

Censuræ tolli possunt duplici via, vel per sublevationem, quæ nihil aliud est, nisi *absolutio ad certum tempus et suspensio effectus excommunicationis et publicationis eiusdem ad idem tempus.* Vel per citationem ad absolvendum.

*Si per sublevationem,* tunc excommunicatus recurret ad Judicem Excommunicatorem, ab illoque petet prædictam sublevationem, & si eam obtinebit, extradetur ex Cancellaria una cum citatione subtili forma.

### SUBLEVATIO.

„ Theodorus etc: Adm Rñdis etc:  
„ salutem in Dño. Noveritis quia Nos  
„ Nobilem, N ab excommunicationis  
censu.

„*censura aliisque sententiis Ecclesia-*  
 „*sticis, quibus ex instantia admodum*  
 „*Rēdi N ratione contumacite, idque*  
 „*in causa occasione N [ hic insinuatur*  
 „*vel per extensum exprimaturs propositio*  
 „*originalis ] alias prout latius in pro-*  
 „*cessu causæ huiusmodi habetur, seu*  
 „*alias quomodolibet innodatus existit,*  
 „*petitione eius humili inducti hinc ad*  
 „*decursum N dierum vel mensium*  
 „*sublevandum esse duximus, prout sub*  
 „*reincidentia tamen, et aliis multo*  
 „*gravioribus pœnis nulla citatione*  
 „*aut monitione præmissa decernendis*  
 „*sublevamus in DEI nomine per præ-*  
 „*sentes. Quocirca vobis suprascriptis*  
 „*Executoribus in virtute S. Obedien-*  
 „*tice et sub excommunicationis pœna*  
 „*mandamus, quatenus tenore præsen-*  
 „*tium requisiti suprascriptum Nobi-*  
 „*lem NN sicut prius præmittitur per*  
 „*nos sublevatum vestris in Ecclesiis*  
 „*singulis Dñcis et Festis coram populo*  
 „*ad Divina audienda congregato. pu-*  
 „*blice ex ambonis ad superius præfi-*  
 „*xum*

„ xum tempus pro sublevato denunci-  
 „ tis, publicarique et denunciari cu-  
 „ retis toties quoties opus fuerit, Ci-  
 „ tantes uno eodemque præsentium li-  
 „ terarum contextu præmemoratum  
 „ Admodum Reverendum NN origi-  
 „ naliter Actorem, quem etiam nos  
 „ præsentibus citamus, ut coram nobis  
 „ Judicioque nostro primâ Juris post  
 „ decursum N dierum vel mensium a  
 „ data hodierna computandorum pro-  
 „ xime incidente vel 15ta aut 30ma  
 „ die ab executione præsentium compu-  
 „ tanda ipsa tunc &c: ut in citatione &c:  
 „ compareat ad videndum & audien-  
 „ dum superscriptum Nobilem N su-  
 „ blevatum a supra dicta excommuni-  
 „ cationis censura in toto absolvi, pro-  
 „ cessum censurarum reponi ac de bene  
 „ obtento doceri; alias si dictus A. R.  
 „ N de Processu legitime obtento non do-  
 „ cuerit, ipsum pro eo quod præfatum  
 „ Nobilem N iniuste publicaverit, pœ-  
 „ nis, prout de iure affici. Cæteraque  
 „ &c: Certificantes &c: vel ad dicen-  
 „ dum

*dum Ec:* Et hanc sublevationem Judex solus debet subscribere.

Hæc sublevatio intimanda erit parti illi, ad cuius instantiam quis fuit excommunicatus, & in illis Ecclesiis in quibus pro excommunicato denunciatus, ut de denunciatione pro interim supersedeatur, & sublevatus pro tali denunciatur, talisque intimatio seu executio intimationis a tergo eiusdem adnotari debet.

Termino ex huiusmodi citatione adveniente innodatus censuris, petet prout in citatione cum sublevatione, se in toto a censuris Ecclesiasticis in contumaciam sualatis absolvi, Processum censurarum reponi, ac de bene obtento doceri. Si autem innodatus censuris seu contumax rursus non compareat, elapso tempore sublevationis originaliter Actor in termino ex copiis sublevationis sibi intimatis petet contra sublevatum graviores pœnas decerni, & obtinebit ut pote si contumax est sublevatus ab excommunicatione Actor obtinebit aggravationem, si ab aggravatione reaggravationem, si a reaggravatione,

tione, superreaggravationem, si ab hac declarationem pro hæretico.

*Si per citationem, tunc excommunicatus carens sublevatione obtinebit solum citationem ex Cancellaria: Ad videndum & audiendum se a censuris Ecclesiasticis, quibus ad instantiam A. R. N. occasione contumacitæ in causa occasione N. innodatus existit, absolvi, literasque absolutionis decerni, & in forma solita relaxari mandari, Processum censurarum reponi, ac de bene obtento doceri, Cæteraque &c.*

Extraditam sibi citationem huiusmodi intimabit Actori per legitimum Executorem & faciet executionem a tergo annotari. Tandem in termino superveniente petet, ut in eadem decerni, Actor originaliter ex adverso dicet non debere contumacem absolvi, nisi refusus expensis contumacialibus ad florenos N. ascendentibus. De bene autem obtento Processu contumaciali docendo exhibebit citationem, deinde monitorium simplex, monitorium non viso robore, aggravationem &c: unâ cum

exc.

executionibus, petetque de super interloqui,  
& Judex interloquendo moderabit expen-  
sas contumaciales, easdemque per ex-  
communicatum Actori solvendas deman-  
dabit, & excommunicatum absolvet his v.  
similibus verbis.

FORMA ABSOLUTIONIS A CENSU-  
RIS PER JUDICEM.

„ Ego te absolvo ab excommunic-  
„ tione & aliis sententiis & censuris  
„ Ecclesiasticis, quas ad instantiam  
„ N ob contumaciam incurristi, &  
„ restituo te communicationi Xti fi-  
„ delium, ac participationi Sacramen-  
„ torum S. Matris Ecclesie in Nomi-  
„ ne Patris & Filii & Spiritus S. A-  
„ men. “ Hanc absolutionem imponendo  
capiti excommunicati genuflexi manum  
Judex largiitur, postea eum signat & pœ-  
nitentiam illi iniungit salutarem. Totus  
autem iste actus extenditur in Protocol-  
lo sic:

„ Coram Reverendissimo Dño Ec-  
„ clesiastico sub tempore publicæ causarum audi-  
„ entie comparuit personaliter Nobilis

„ N citatus originaliter, nunc autem A-  
 „ ctor in termino ex citatione debite ut  
 „ a tergo apparebat, executi in diem  
 „ hodiernam incidente, contumaciam  
 „ A. R. N originaliter Actoris ad  
 „ præsens citati quatenus non compa-  
 „ rentis accusavit & in ejus contuma-  
 „ maciam se a censuris excommuni-  
 „ cationis, quibus ad instantiam dicti  
 „ A. R. NN ratione contumaciæ seu  
 „ alias quomodolibet inmodatus existit  
 „ absolvi, Processum censuraram re-  
 „ poni, ac de bene obtento doceri de-  
 „ bita cum instantia postulavit. Salvo  
 „ &c: Prot: &c: Præsentem Admodum  
 „ Rñdo N ex adverso principali supra  
 „ fatum nobilem N non prius absolvi,  
 „ nisi refusis prius expensis contuma-  
 „ cialibus ad florenos Polonicales N  
 „ & ultra ascendentibus dicente, & ex-  
 „ hibendo primo citationem, ac in ter-  
 „ mino ex eadem monitorium simplex,  
 „ tum monitorium non viso robore ag-  
 „ gravationem &c: omnia citato perso-  
 „ naliter intimata, uti executiones, a  
 tergo



tergo uniuscuiusque per Executorem  
adnotatae testantur de Processu con-  
tumaciali supra praefato Nobili N  
rite & legitime obtento docente.

Ex adverso nobili N solutionem  
expensarum contumacialium praevia  
earum moderatione offerente.

Et Rm̄us Dñus N expensas litis  
contumaciales per Adm Rndum N  
erogatas ad fl: N moderatas est, praevia  
viq; earundem per nobile N A. Rdo N  
solutione a censuris Ecclesiasticis ab-  
solvendum censuit, & secuta soluti-  
one absolvit. Vel expensas ad flo-  
renos N moderatus est, quas intra N  
dies Actori refundendas esse decre-  
vit, & praefatum N sub reinciden-  
tia in casu non solutionis expensarum  
a censuris absolvit, literas absolutio-  
nis decrevit, & ex Cancellaria in for-  
ma solita relaxari mandavit, parti-  
busque ad procedendum in causa ad  
primam iuris terminum conservavit.

Vel si statim Iudex voluerit ut proce-  
datur in causa, addetur in Decreto, parti-

tibusque in causa procedere in conti-  
nenti mandavit. Et post tale Decretura  
Actor originaliter reproducta primaria  
citatione petet ut in eadem.

Litterarum autem absolutiois tenor est talis:

LITERÆ ABSOLUTIONIS.

„ Theodorus &c. Admodum Rñdis  
 „ &c: solutem in Dño. Noveritis quia  
 „ nos a censuris excommunicationis No-  
 „ bilem N quibus ad instantiam A. R.  
 „ N ratione contumaciæ in causa oc-  
 „ casione N seu alias quomodolibet in-  
 „ nodatus existit, post purgatam per  
 „ eundem contumaciam humili petitione  
 „ ejus inclinati absolvendum fore du-  
 „ ximus, uti quidem absolvimus in  
 „ Dei nomine per præsentem. Vobis  
 „ supra scriptis Executoribus mandan-  
 „ tes quatenus eundem nobilem N si-  
 „ cut præmittitur per nos absolutum  
 „ Vestris in Ecclesiis coram populo ad  
 „ Divina audienda congregato, toties  
 „ quoties opus fuerit, publice denun-  
 „ tietis, publicarique & denunciari  
 „ curetis &c: In quorum &c. Dat:  
 „ &c: „ Huius

Huiusmodi denuntiationis Literæ de-  
 bent per easdem Ecclesias deferri & pu-  
 blicari, in quibus fuit publicatus pro ex-  
 communicato, ut constet populo de abso-  
 lutione per prius excommunicatum obtenta.

Quodsi contumax expensas intra tem-  
 pus a Iudice præfixum non solverit Acto-  
 ri, tunc citabitur „ ad videndum &  
 „ audiendum se ob non solutionem ex-  
 „ pensarum contumacialium ad floren-  
 „ N mediante Decreto Iudicii Nostri  
 „ sub die N lato moderatarum, & sibi  
 „ adiudicatarum ascendendum in sen-  
 „ tias excommunicationis reincidisse de-  
 „ clarari, literasque desuper necessari-  
 „ as & oportunas extradi mandari.  
 „ Cæteraque &c.

Termino ex tali citatione adveniente  
 Actor petet, ut in eadem, & obtinebit  
 Decretum tale v. g. „ Et Rñus Dñus  
 „ N Iudex ob non solutionem expen-  
 „ sarum contumacialium dictum N in  
 „ sententias excommunicationis v. g.  
 „ aggravationis &c. reincidisse decla-  
 „ ravit, literasque oportunas extrade-

SS XC 40 XC SS  
„re mandavit “ Sub tali autem forma  
extradentur.

LITERÆ REINCIDENTIÆ.

„ Theodorus &c: Admodum Rñdis  
„ &c, salutem in Domino. Noveritis  
„ quia nos nobilem N ob non solutio-  
„ nem Adm Rñdo N Actori expensa-  
„ rum contumacialium in causa occasi-  
„ onz N in pristinas excommunicati-  
„ onis sententias reimponendum, & in  
„ easdem reincidisse declarandum esse  
„ duximus prout reimponimus & de-  
„ claramus per præsentis, mandantes  
„ vobis supra scriptis Executoribus in  
„ virtute S. Obedientiæ & sub excom-  
„ municationis pœna, quatenus dictum  
„ citatum sicut antea excommunicatum  
„ ita & nunc reimpositum vestris in  
„ Ecclesiis singulis diebus Dñcis & Fe-  
„ stis coram populo ad Divina audien-  
„ da congregato publice denuntietis,  
„ publicarique et denunciari curetis,  
„ præmissa tamdiu exequentes, donec  
„ aliud a nobis habueritis in mandatis.  
„ In quorum fidem &c: Dat: &c:

Et

Et hæc de Processu contumaciali, e-  
iusque purgatione dicta sufficiant.

**PROCESSUS  
CONTROVERSUS.**

Hic Processus incipit vel post purga-  
tam contumaciam, & obtentam a censuris  
absolutionem, de quibus hætenus dictum  
est, vel statim a citatione aut monitione  
simplici. Dividitur in 3 terminos nem-  
pe præparatorios seu Accessorios, Pro-  
batorios, & Decisorios. De quibus o-  
mnibus suo ordine, & quidem imo.

**DE TERMINIS PRÆPARATORIIS  
SEU ACCESSORIIS.**

Ad Præparatorios seu accessorios ter-  
minos revocantur: Introductio causæ in  
iudicium, comparitio citati, exceptiones  
recusatorix Judicis, exceptiones declina-  
torix fori, exceptiones incompetentix ci-  
tationis, item induciæ deliberatoriæ, di-  
latorix, exceptiones peremptoriæ & alia  
usque ad litis contestationem seu dire-  
ctam ad propositionem Actoris responsi-  
onem.

35.) ( 42 ) ( 38  
INTRODUCTIO CAUSÆ  
IN JUDICIUM.

Fit vel in contumaciam citati vel eodem  
præsente & comparente. Si in contuma-  
ciam tunc Actor petet ut supra in Proces-  
su contumaciali. Si præsente & compa-  
rente citato, tunc Actor in termino ex ci-  
tatione originali proveniente, vel ipsius  
Procurator petet ut in citatione, quod in  
Protocollo sic dictandum erit.

„ *Coram Perillustri ac Rmo Dño*  
„ *N Vicario in Spiritualibus & Offi-*  
„ *ciali Generali N in publica causarum*  
„ *audientia comparuit personaliter A.*  
„ *R. N in termino ex citatione vel ex*  
„ *monitorio simplici ut a tergo appa-*  
„ *rebat executo in diem hodiernam*  
„ *incidente, contumaciam Nobilis N*  
„ *citati quatenus non comparentis*  
„ *accusavit, & in ipsius contumaciam*  
„ *proposuit de & super eo quia ipse*  
[ hic exprimenda tota citationis propositio  
& eius conclusio. seu Actoris petitio usque  
ad illa verba *condemnari*] addatur *debi-*  
„ *ta cum instantia postulavit.*

Ad

Ad propositionem Actoris citatus antequam respondeat directe, Beneficiis iuris sive Exceptionibus in accessoriis, si quæ ipsi competunt, uti solet. Et quia inter Beneficia iuris seu exceptiones in accessoriis primum locum obtinent exceptiones recusatorie Judicis, ita ut si ante illas alia opponantur, iam in posterum opponi nequeunt, nam sic censetur ipsis esse renunciatum, induciturque tacitus consensus in Personam Judicis, nisi forsan de novo emergant aliqua causa, in tractu Processus, recusationis, idcirco de iis quomodo producantur.

### EXCEPTIONES RECUSATORIAE JUDICIS.

Producendæ sunt in scriptis, & si eas Procurator producat, speciale ad id mandatum habere debet. Quando autem producantur in actis taliter connotantur: postquam Actor suam instantiam finiverit, incipit citatus taliter.

„ *Præfente N<sup>o</sup>nbli citato salvis &c.*  
[ subintellige omnibus iuris beneficiis tam  
in accessoriis quam in principali negotio  
sibi

sibi reservatis & præcustoditis] *prote-*  
*standoque* &c: [subintellige quod nolit  
 approbare & consentire in iudicium præ-  
 sens] *Præmissa omni qua par est reve-*  
 22 *rentia & submissione suæ Prli Dñi*  
 23 *exceptiones recusatorias Judicis vel*  
 24 *suæ Illmæ Dñæonis factæ & in scri-*  
 25 *ptis opponente ac producente, & a*  
 26 *cognitione causæ præsentis per suam*  
 27 *Dñæonem supersederi postulante, ali-*  
 28 *as de nullitate totius Processus pro-*  
 29 *testante. Est autem exceptionum hu-*  
 30 *iusmodi recusatoriarum in scheda porre-*  
 31 *tarum tenor huiusmodi: Perillustris*  
 32 *ac Rmæ Dñæ. Quoniam in omni Ju-*  
 33 *dicio lites sine omni suspitione proce-*  
 34 *dere debent, ut disponitur cap: 39.*  
 35 *de Officio & potest: Judicis Delega-*  
 36 *ti, periculosumque & tristem effe-*  
 37 *ctum sortiri soleat, qui sub Judice*  
 38 *suspecto litigat. Vel quoniam na-*  
 39 *turale est suspectorum Judicum insi-*  
 40 *dias declinare can: quod suspecti 3.*  
 41 *q. 5. ideo N vel N Procurator no-*  
 42 *mine nobilis N principalis ante om-*  
 ani,



3, nia, salvis aliis Beneficiis iuris ac  
 3, citra consensum & approbationem  
 3, Judicis præsentis exceptiones recu-  
 3, satorias, ob quas causa ex instantia  
 3, Admodum Rñdi N. prætensi Aëtoris  
 3, in judicio præsentis suce Perillustris  
 3, Dñæonis, ex fundamento justæ &  
 3, legalis recusationis Personæ ejus a-  
 3, gitari non poterit, salva per omnia  
 3, authoritate, honore & reverentia  
 3, debita Prli Dñationi Vestræ, de  
 3, quo solemniter protestatur, dat, fa-  
 3, cit, exhibet & producit, sequæ circa  
 3, eas conservari petit alias protestatur  
 3, &c. Omni &c. Et inprimis excipi-  
 3, endo dicit Perillustrem Dñæonem ve-  
 3, stram recusabilem ex eo, quia Rñæ  
 3, Dño Vestra asserto seu prætensio A-  
 3, ëtori aperte & notorie in hac causa  
 3, est favorabilis, prout id coram quo  
 3, de jure, venerit, suis loco tempore si  
 3, & in quantum opus fuerit, deduce-  
 3, tur, & primum quidem ex eo, quia  
 3, negotium hoc Rñæ Dñæo Vestra in  
 3, persona sua, 2do per N sumum dome-  
 sticum

„ *ficum ac tandem per N promovit,*  
 „ *Et auctoritatem suam in favorem*  
 „ *Actoris interponit. 2do: ex eo &c:*  
 „ [ *hic exprimantur argumenta & indicia*  
 „ *nimii favoris*] *Jam vero favor nimis*  
 „ *uni praestitus facit Judicem al-*  
 „ *teri merito recusabilem cap: accedens*  
 „ *4 ut lite non contestata. Cap: In-*  
 „ *finuante 25. de Officio Delegati, 2do*  
 „ *excipiendo dicit Rm̄am Dñāonem*  
 „ *Vestram esse recusabilem ex eo, quia*  
 „ *Et (hic argumenta & rationes seu mo-*  
 „ *tiva inimicitiae deducuntur) evidens au-*  
 „ *tem infensi animi, inimicitiarum ac*  
 „ *odii argumentum prout quemlibet*  
 „ *ita Et Rm̄am Dñāonem Vestram fa-*  
 „ *cit Judicem de iure vehementer su-*  
 „ *spectum Et recusabilem juxta 3. q. 5.*  
 „ *Can: quod suspecti: item cap: cum*  
 „ *R. Canonicus 35. de Officio Judicis*  
 „ *Deleg. Hinc Et Sanctus Athanasius*  
 „ *inimicorum saepe declinavit insidias,*  
 „ *hinc Et S. Joannes os aureum Concilii*  
 „ *contra se congregati recusavit intra-*  
 „ *re Collegium, ut ht expressus textus*  
 „ *in citato c. quod suspecti. 3tio*

3tio. Excipiendo dicit Rmā  
 Dñāonem Vestram de jure esse recu-  
 sabilem ex eo, quia Rmā Dñatio ve-  
 stra consilia Adversario citati in tali  
 causa suppeditabat & hucusque sup-  
 peditat, jam vero talis Judex est de  
 jure recusabilis Glossa in c. Postre-  
 mum de appel.

4to. Excipiendo dicit Rmā Do-  
 minationem Vestram de jure esse re-  
 cusabilem ex eo, quia Rmā Dñao  
 Vestra jam saepius dictum citatum  
 in alia causa gravavit, & primo qui-  
 dem citationem ex Cancellaria sua,  
 cum stricto termino ut pote trium  
 dierum pro 15 miliaribus Poloni-  
 cis non habita tantæ locorum distan-  
 tiæ pessimique protunc itineris ratio-  
 ne, extradendo. Deinde exceptiones  
 legitimas & juridicas uti incompe-  
 tentiæ citationis insufficientiæ man-  
 dati Procura N, Juramentum mali-  
 tiæ amputando, nec non juramen-  
 tum calunnice expresse exactum rei-  
 iciendo, appellationes aggravamini-  
 bus

„ bus legitime interpositas & de jure  
 „ admissibiles refutando, ad extremum  
 „ volente citato prosequi hujusmodi ap-  
 „ pellationes, acta & Processum dene-  
 „ gando [ exprimantur hic gravamina an-  
 „ tecedenter illata in aliqua causa ] iam  
 „ vero Judex in una causa partem  
 „ gravans præsumitur eandem, & in  
 „ altera gravaturus cap: Adhæc si u-  
 „ na in causa 6. De appell:

„ 5to. Excipiendo dicit quia Rmā  
 „ Dñatio Vestra est cum citato in lite  
 „ coram Judicio N. occasione N pen-  
 „ dente unde merito Rmā D. Vestram  
 „ recusat, quia similis casus repellit te-  
 „ stem a perhibendo testimonio. multo  
 „ magis Judicem a causa. Glossa in  
 „ Cap: Cum R Canonicus de Officio  
 „ Delegati & Glossa in Cap: Accedens  
 „ ut lite non contestata. Quare stan-  
 „ tibus præmissis omnibus & singulis  
 „ rationalibus justis & legalibus recu-  
 „ sationis causis, vel ex præmissis itaque  
 „ idem qui supra Nobilis N Principa-  
 „ lis citati Procurator petit a cogni-  
 „ tione

,, tione causæ præsentis supersederi,  
 ,, eandemque ad superiorem Judicem  
 ,, videlicet Illustrissimum N cum toto  
 ,, suo effectu remitti. Alias pro parte  
 ,, sua unum vel plures arbitros nomi-  
 ,, nari, alioquin de nullitate omnium  
 ,, & singulorum causæ istius actuum  
 ,, attentandorum si & in quantum sub-  
 ,, sequentur solemniter dicit & prote-  
 ,, statur, cum Judex pendente recusa-  
 ,, tione careat jurisdictione, nec ideo  
 ,, possit ad illum actum citra nullita-  
 ,, tis vitium procedere, ut ajunt Docto-  
 ,, res, & S. Conc: Trid: sess: 14 cap: 5.  
 ,, de Ref: Statuit ut Judex nequaquam  
 ,, procedat in causa, donec per arbi-  
 ,, tros in forma juris electos super su-  
 ,, spicione fuerit judicatum. Neque  
 ,, etiam delegatus per Rm̄am Dñāonem  
 ,, V. ad causam, præsentem constitui  
 ,, potest, Judex enim suspectus ex par-  
 ,, te cognoscentis, etiam est suspectus  
 ,, & recusabilis ex parte delegantis.  
 ,, Et insuper ne sæpius memoratus præ-  
 ,, tensus Actor supponat citatum ali-  
 ,,
 

D

cujus

„cujus diffugii vel tergiversationis  
 „gratia praesentes exceptiones oppo-  
 „nere, ideo easdem veras esse & quod  
 „ex illis vere Rma Dnato V. habeatur  
 „pro recusabili & suspecto in hac  
 „causa idem qui supra citatus se jura-  
 „mentum praestitutum de super neces-  
 „sarium paratum offert, protestatur-  
 „que de attentatis & attentandis pen-  
 „dente &c: & de nullitate &c: Salvo  
 „jure &c: Schedam huiusmodi exceptio-  
 „num recusatoriarum Actor petet sibi  
 „communicari ad dicendum contra sub tali  
 „modo: Actore ex adverso copias hu-  
 „jusmodi recusatoriarum exceptionum  
 „cum termino trium dierum ad dicen-  
 „dum contra sibi dari & concedi pe-  
 „tente. “

DECRETUM. „ Et Rmus Dns  
 „Judex qui supra expetitas copias  
 „ad N concedi mandavit, terminum-  
 „que dicendi contra conservavit. Ter-  
 „mino itaque praefixo adveniente Actor pro-  
 „ducat contra exceptiones recusatorias re-  
 „plicationes suas qui actus connotabitur sic:

Coram

„ Coram &c: In publica causarum  
 „ audientia comparuit personaliter A.  
 „ R. N, in termino ex actis in diem  
 „ hodiernam incidente contumaciam  
 „ Nobilis N citati, quatenus non com-  
 „ parentis accusavit, & in ejus contu-  
 „ maciam replicando contra exceptiones  
 „ recusatorias suæ Rmæ Dñæ ut  
 „ Judicis per Nobilem N citatum in  
 „ termino anteriori oppositas dixit ju-  
 „ xta schedam: [scheda huiusmodi simili-  
 „ ter scribi debet sicut exceptionum recusato-  
 „ riarum, & in fine peti debet a Judice, ut  
 „ reiectis huiusmodi exceptionibus recusato-  
 „ riis citato ad ulteriora procedere mandet:]  
 „ citatus vero dicet: „ Præfente Nobili N  
 „ ex adverso principali citato salvus &c:  
 „ protestandoque &c: se ad suam sche-  
 „ dam in anteriori termino productam  
 „ referente, & prout in eadem interlo-  
 „ qui petente. “ Si itaque exceptiones  
 „ recusatoriæ sint frivolæ & in iure non  
 „ fundatæ, ac per Actorem fundamentali-  
 „ ter replicatæ Judex interloquetur taliter:

DECRETUM. „ Qui Rm̄ds Ju-  
 „ dex qui supra sedens &c: auditis &c:  
 „ visis & lectis exceptionibus recusato-  
 „ riis quam earum replicationibus  
 „ iisque mature discussis & perpensis,  
 „ rejectis uti frivolis præfatis recusa-  
 „ toriis exceptionibus ulteriorem Pro-  
 „ cessum decrevit. “

Si vero recusatoriæ sint legales ac iu-  
 ridicæ, tunc Judex Decretum feret se-  
 quens:

DECRETUM. „ Qui Rm̄us Ju-  
 „ dex sedens &c: auditis &c: visis su-  
 „ præfatis exceptionibus recusatoriis  
 „ in jure fundatis pro earundem co-  
 „ gnitione & decisione arbitros parti-  
 „ bus nominare mandavit, & interim  
 „ ab ulteriori processu causæ præsentis  
 „ supersedit. Tandem Pars actorea  
 „ in arbitros pro se N de N & N de  
 „ N nominavit, & eosdem approbari  
 „ expetiit. Ex adverso pars citata  
 „ in nominatos partis actoreæ Arbitros  
 „ consensit & pro se N de N nomina-  
 „ vit, quos approbari supplicavit. A-  
 „ ctore



„ Etore e contra in nominatos per par-  
 „ tem citatam arbitros consentiente.  
 „ Et Rñus Dñus Judex qui supra præ-  
 „ fatos per partes nominatos arbitros  
 „ de mutuo earundem partium consen-  
 „ su approbavit, & exceptiones supra  
 „ fatos recusatorias pro earum sinceri-  
 „ tatis & legalitatis cognitione atque  
 „ decisione ad memoratos arbitros re-  
 „ misit, terminumque iisdem ad finali-  
 „ ter ejusmodi negotium decidendum  
 „ spatium N dierum præfixit, & assi-  
 „ gnavit. Præsentibus NN. “

Interveniente tali Decreto citatus de-  
 bet illud autentice pro se extrahere & Do-  
 minis Arbitris præsentare, petetque vigore  
 eiusdem Decreti dari sibi citationem ab  
 iisdem Arbitris: „ Ad videndum & au-  
 „ diendum super exceptionibus recusa-  
 „ toriis in Judicio N oppositis cogno-  
 „ sci, ipsisque visis, & justis legitimis  
 „ & rationalibus adinventis per Nos  
 „ ( id est arbitros ) dictum Rñum N  
 „ Judicem merito esse de jure suspe-  
 „ ctum & recusabilem illumque debere

*„a cognitione causæ præsentis superse-*  
*„dere, causam vero eandem ad superi-*  
*„orem Judicem remitti Cæteraq; &c:*  
*„Certificantes &c: vel ad dicendum*  
*„causas rationabiles & juridicas cur*  
*„præmissa fieri non debeant. In quo-*  
*„rum fidem &c: Citatio hæc debet inti-*  
 mari originaliter Actori ad præsens autem  
 coram arbitris citato, & termino ex ea-  
 dem adveniente, recusans reproducet ex-  
 ceptiones recusatorias, iam alias coram  
 Judice recusato productas, & petet eas  
 admitti, superque iisdem cognosci &c:  
 ut in citatione. Citatus vero exceptio-  
 num huiusmodi petet copias ad replican-  
 dum si prius non replicavit, vel in conti-  
 nenti narrata & contenta in ipsis vera  
 esse negabit. Ex adverso recusans se ad  
 probandum negata admitti petet & obti-  
 nebit. Si per testes probare voluerit,  
 contra ipsos petet citationem *ad perhi-*  
*bendum veritatis testimonium,* & con-  
 tra partem *ad videndum eosdem recipi*  
*jurari & examinari,* quo in termino  
 obtinebit sicut in citatione, si vero per  
 instru-

instrumenta & munimenta aliqua probare voluerit, illa vel statim producet, vel partem additabit ad producendum produciq̄ue videndum certa documenta & instrumenta in vim probandæ intentionis fac̄e in exceptionibus recusatoriis in causa N datis et oppositis, alias ad excipiendum contra eadem, si quod verbo aut in scriptis excipere voluerit, Cæteraque etc.

In termino ex citatione, aut ex præfatione vel ut communiter dicitur ex actis proveniente, recusans producet omnia instrumenta, altera pars copias eorum petet ad dicendum contra & obtinebit, vel etiam statim si voluerit dicet & excipiet. Et DD. Arbitri habitis probationibus sufficientibus pronuntiabunt, vel esse veras & iustas causas recusationis ac tunc causam ad Superiorem Judicem remittent, vel non esse veras sed frivolas atque causam ad Judicem recusatum remittent. Omnes autem suprascriptæ controversi coram Arbitris agitatae per Notarium possunt extendi taliter

PRO-

35 )( 56 )( 66  
PROCESSUS CORAM ARBITRIS SU-  
PER EXCEPTIONIBUS RECU-  
SATORIIS.

„ Andreas N Paulus N Epipha-  
„ nius N etc: Arbitri Juris ad infra  
„ scripta a partibus nominati et dele-  
„ gati. Universis et singulis quorum  
„ interest, intererit, aut quomodolibet  
„ in futurum interesse poterit, signifi-  
„ camus quomodo coram nobis Judi-  
„ cioque nostro arbitrari personaliter  
„ comparens Nobilis N exhibito actu  
„ Judiciario ex actis Perillustris ac  
„ Rmi D. N electionem et nominatio-  
„ nem nostram in Arbitros super co-  
„ gnitione et decisione exceptionum  
„ recusatoriarum in causa N per se  
„ oppositarum, et per Decretum dicti  
„ Rmi D. N recusati approbationem  
„ in se continenti, petiit a nobis vigo-  
„ re præmissorum citationem contra  
„ partem adversam ad cognoscendum  
„ et dicendum super legalitate et veri-  
„ tate præfatarum exceptionum ex-  
„ tradi & relaxari, eamque prout de  
jure

„jure obtinuit. Cujus citationis de-  
 „bite ut a tergo apparebat executæ  
 „termino adveniente reproductis præ-  
 „nominatis exceptionibus ad proban-  
 „dum easdem admitti petit. Admo-  
 „dum Rñdo. N copias ipsarum ad re-  
 „plicandum dari sibi postulante, & ad  
 „imam juris obtinente, in quo termi-  
 „no cum utraque pars tam exceptio-  
 „num quam replicationum contenta  
 „esse vera negaret, ambas easdem ad  
 „probandum admisimus, ad hujusmo-  
 „di effectum testes inductos recepimus,  
 „& suscepto ab eis de dicenda verita-  
 „te corporali juramento in talibus  
 „præstari solito, juxta interrogatoria  
 „ab utrinque producta eosdem exami-  
 „navimus ac successive dicta eorum  
 „publicavimus, juraque ac munimen-  
 „ta hinc inde producta pariter revidi-  
 „mus ac tandem ad audiendam No-  
 „stram sententiam Arbitoalem usdem  
 „partibus terminum præfiximus, &  
 „juxta ejus exigentiam in præsentia  
 „utriusque partis sententiam Nostram  
 Arbi-

„ Arbitralem in scriptis tulimus &  
 „ promulgavimus, tenoris huiusmodi:  
 „ Christi nomine invocato pro Tribu-  
 „ nali sedentes solum Deum eiusque  
 „ justitiam sanctam præ oculis haben-  
 „ tes per hanc nostram sententiam  
 „ Arbitralem quam super exceptioni-  
 „ bus recusatoris contra Perillustrem  
 „ ac Rmum D. N. Judicem per Nobi-  
 „ lem N productis & oppositis his in  
 „ scriptis ferimus, dicimus, pronunti-  
 „ amus decernimusque & declaramus,  
 „ præmemoratas exceptiones recusato-  
 „ rias causasque suspicionis esse iustas  
 „ veras, legitimas & in jure fundatas  
 „ ac coram nobis sufficienter probatas &  
 „ deductas, Ideoque ob præmissa dictū  
 „ Rmum N in ea causa Judicem esse  
 „ non posse nec debere, sed ipsam cum  
 „ toto ejus effectu una cum partibus ad  
 „ Rmum & Rmum D. N. Judicem  
 „ Superiorem remittendam fore & esse  
 „ debere, prout eandem causam cum  
 „ partibus remittimus, victumque vi-  
 „ ctori in damnis & litis expensis con-  
 de-

„demnamus. Ita pronunciaui Ego  
 „Andreas N Arbiter mpp. Ego Pau-  
 „lus N Arbiter mpp. Ego Epiphani-  
 „us N Arbiter mpp. Vel pronunci-  
 „amus, decernimus, & declaramus  
 „causas suspicionum huiusmodi coram  
 „nobis sufficienter non esse probatas &  
 „deductas, ac ex eisdem Rmum D. N  
 „in causa præfata Judicem recusa-  
 „bilem esse non posse, ac proinde ad  
 „eundem causam principalem pro co-  
 „gnitione & decisione una cum par-  
 „tibus remittendam fore & esse, pro-  
 „ut per huiusmodi sententiam nostram  
 „Arbitralem remittimus. Expensas  
 „nihilominus inter partes propter bo-  
 „num pacis compensamus. “ Ita pro-  
 nunciaui Ego N &c:

„ A qua sententia nobilis N ad  
 „Sanctissimum Dñum nostrum N san-  
 „ctamque Sedem Apostolicam uti ma-  
 „xime gravaminosa & præjudiciosa  
 „appellavit, cujus appellatio est re-  
 „futata, eodem a refutatoriis appel-  
 „lante nos stetimus in Decretis. In  
 quo-

„ quorum fidem & testimonium præ-  
 „ sentes manibus nostris subscripsimus,  
 „ sigillisque propriis muniri fecimus.  
 „ Actum & Datum &c. NN Arbitr.,  
 „ NN Arbitr., NN Arbitr.

Tenor citationis, de qua supra est  
 mentio, est talis: [inseratur hic citatio]  
 Examinis Testium tenor hujusmodi:  
 [inseratur examen] Exceptionum recu-  
 satoriarum tenor sequens [inserantur  
 exceptiones] Jurium, de quibus fit men-  
 tio, tenor ejusmodi:

N. Actus præsentis Notarius mpp.  
 Quod si Arbitri in pari numero exi-  
 stentes de sententia convenire non pos-  
 sent, tunc eligant inter se Superarbitrum  
 quod sic connotetur:

„ Partibus [ ut supra ] terminum-  
 „ que ad audiendam sententiam nostram  
 „ arbitralem præfiximus, cum autem  
 „ in ferenda ejusmodi sententia in ter-  
 „ minos convenire non possemus, in hæ-  
 „ rendo dispositionibus juris cap: Le-  
 „ gitima de appellationibus in 6 in Su-  
 „ perarbitrum Adm Rdum N elegi-  
 „ mus,



mus, ac tandem sententiam tulimus  
 , Et: &c: Christi Nomine invocato &c:  
 Ita pronunciavi ego Superabiter, ego Ar-  
 biter &c: a qua &c:

Potest etiam imo solet Processus huius-  
 modi Arbitrium, per Notarium extendi  
 in forma usitati Processus, videlicet sic:

ACTUS IMUS.

„ Anno N die N Mensis N in N.  
 „ coram Dñis NN comparuit perso-  
 „ naliter Nobilis N in termino ex ci-  
 „ tatione legitime ut a tergo appare-  
 „ bat executi in diem hodiernam inci-  
 „ dente, accusata contumacia A. R. N  
 „ citati quatenus non comparentis, | &  
 „ in ipsius contumaciam exhibito actu  
 „ iudiciario ex actis Consistorii N ex-  
 „ tracto, repropudtisque exceptionibus  
 „ recusatoriis jam alias coram P. Rmo  
 „ Iudice recusato productis, se ad pro-  
 „ bandum easdem coram suis Dñaoni-  
 „ bus admitti debita cum instantia pe-  
 „ tiit salvo &c: omn: &c:

Præfente A. R. N. Citato salvis &c:  
 protestandoque &c: Copias dictarum  
 exce-

exceptionum cum termino dierum N ad replicandum sibi dari petente.

Et DDñi N copias expetitas hinc ad primam juris concesserunt.

Tenor autem exceptionum est talis &c  
Tenor citationis &c:

ACTUS 2dus.

Anno E3c. Coram Dñis NN Arbitrater comparens personaliter A. R. N in termino hodierno ex actis presentibus proveniente satisfaciendo eidem termino, contra exceptiones recusatorias in termino anteriori reproductas dixit iuxta schedam cujus tenor E3c.

Præsentem N contra replicationes verbo generalia in vim duplicationis dicente, seque ad probandam suam intentionem admitti petente.

Et DD. NN auditis præmissis didum N ad probandam intentionem suam per testes admisserunt, E terminum pro prima juris conservarunt.

ACTUS 3tius.

Coram DD. Arbitris comparens personaliter Nobilis N in termino hodierno

dierno ex actis & citatione proveniente  
 te accusata &c: & in ejus contuma-  
 ciam Testes infrascriptos N de N NN  
 de NN legitime citatos induxit, quos  
 recipi, jurari & juxta interrogatoria  
 a se porrecta examinari petiit &c:  
 Præsente N ex adverso citato in indu-  
 ctionem ejusmodi Testium consentiente.  
 Et DD. Arbitri testes NN de consen-  
 su citati admiserunt, receptoque ab  
 eis super dicenda veritate solito corpo-  
 rali juramento ad examen ipsorum ac-  
 cesserunt, terminumque publicationis  
 dictorum & depositionum eorundem  
 pro die N præfixerunt. Tenor inter-  
 rogatoriorum. Tenor examinis Testium.

ACTUS 4tus.

Anno N. Coram &c: Comparens  
 personaliter Nobilis N in termino ex  
 actis legitime incidente accusata &c:  
 & in ejus contumaciam juxta exigen-  
 tiam termini hodierni dicta, & deposi-  
 tiones testium in causa &c: jam alias  
 coram 'judicio præfente inductorum  
 juratorum & examinatorum publicari  
 &

Et pro publicatis haberi, debita cum instantia postulavit, Salvo &c: Omni &c:

„ In præsentia N citati in publicationem dictorum & depositionum Testium consentientis, & copias earundem depositionum cum termino N dierum ad dicendum contra sibi dari petentis. “

„ Et DD. NN Arbitri dicta & depositiones Testium publicârunt, & copias partibus ad imam juris post octavam concesserunt. Vel Et DD. NN depositiones testium publicârunt & in continenti easdem legi mandarunt. “

„ Tandem præfatus N dicta & depositiones Testium quæ pro se faciunt, acceptavit; quæ vero contra, verbo generalia dixit, & sententiam ferri petiit. “

„ Et DD. NN Arbitri visis, ac legi sibi factis, dictis ac depositionibus Testium, nec non juribus & munimentis in causa hinc inde productis

„ His sententiam tulerunt, quam pri-  
 „ ma Juris se publicaturos declara-  
 „ runt. “

ACTUS 5tus.

„ Anno N die N Mensis N in N  
 „ Coram DD NN Arbitris comparens  
 „ personaliter N in termino ex Actis Ec  
 „ Et in ejus contumaciam sētētiam Ec:  
 „ de Et super exceptionibus recusato-  
 „ riis jam alias in termino anteriori  
 „ latam publicari Et promulgari debita  
 „ cum instantia postulavit, “

„ Præsente N in publicationem sen-  
 „ tentiæ, quatenus pro parte sua fa-  
 „ vorabilis est, consentiente alias a con-  
 „ traria, se ad quem de jure appella-  
 „ turum declarante. “

„ Et DD. Arbitri sedentes Ec: au-  
 „ ditis Ec: sententiam jam alias la-  
 „ tam in scriptis promulgarunt Et  
 „ publicarunt sub tenore hujusmodi.  
 „ CHRISTI nomine invocato, ut su-  
 „ pra. “

Hæc de exceptionibus recusatoriis Ju-  
 dicialis.

88 X 66 X 88  
[EXCEPTIONES DECLINATO-  
RIÆ FORI.

Hæ exceptiones similiter ut recusatoriæ ante omnes alias exceptiones, imo & ante ipsas recusatorias debent opponi, quia per illationem aliarum exceptionum vel defensarum, forum acquiritur, & illæ præpostere illatæ sine effectu opponerentur. Huiusmodi exceptiones in Actis opponuntur taliter:

„ Coram Perillustri N Vicario &  
„ Officiali in Spiritualibus N compa-  
„ ruit personaliter A. R. N principalis  
„ Actor, in termino ex citatione legi-  
„ timæ proveniente, accusata contuma-  
„ cia &c: et in ipsius contumaciam pro-  
„ posuit de & super eo: quia ipse &c:  
„ ut in citatione. “

.. „ Præsente N Principali ex adver-  
„ so citato, salvo omnibus beneficiis  
„ juris, exceptionibus, remediis & de-  
„ fensis tam in accessorio, quam in prin-  
„ cipali, sibi reservatis etc: ac prote-  
„ stando &c: Exceptiones declinatorias  
„ Fori factæ & in scriptis producente,

*Quia ad hunc locum per me  
indignissimum non vultis*

„*Et a cognitione causæ præsentis su-*  
 „*persederi, ipsam ad forum competens*  
 „*scilicet N remitti petente, Est au-*  
 „*tem exceptionum hujusmodi declina-*  
 „*toriarum tenor sequens &c: (hic scri-*  
 „*bantur exceptiones memoratæ v. g. in cau-*  
 „*sa decimarum exprimendo, quod Consti-*  
 „*tutio Regni Anni 1636 Forum in causis*  
 „*Decimarum assignavit Castren: aliaque*  
 „*allegationes & fundamenta licitum erit*  
 „*opponere, vel si sine scheda statim op-*  
 „*ponentur verbo in actis, tunc taliter pos-*  
 „*sunt in Protocollo poni. Præsentē ex-*  
 „*adverso principali citato salvis &c:*  
 „*ac protestando &c: cum causis Dei-*  
 „*marum Constitutione Regni Anni*  
 „*1636 forum non aliud nisi Castrense*  
 „*sit assignatum, idcirco inhærendo*  
 „*Constitutioni ejusmodi Judicium fo-*  
 „*ri præsentis vel forum præsens de-*  
 „*clinante.*

„*In contrarium Actor siquidem*  
 „*causæ Decimarum sunt ubiquinarij*  
 „*fori & in arbitrio Clericorum sit in*  
 „*ejusmodi causis forum quod voluerint*

„eligere, proinde foro competenti ad-  
 „invento, citatum ad directe responde-  
 „dum stringi postulavit.“

„ Qui Rm̄us Dñus N sedens Ec:  
 „auditis Ec: eo attento, quod tam  
 „statuta Regni, quam Constitutiones  
 „Provinciales pro Decimis forum in  
 „Judicio Spirituali præscribant, id-  
 „circo foro præsentis competenti adin-  
 „vento exceptionem declinatoriam per  
 „citatum oppositam rejecit, & parti-  
 „bus ad ulteriora procedere mandavit.  
 „Vel qui Rm̄us Ec: Foro præsentis  
 „competenti adinvento partibus ad ul-  
 „teriora procedere mandavit. A quo  
 „Decreto citatus ad quem de jure ap-  
 „pellavit. Et Rm̄us Dñus N appel-  
 „lationem hujusmodi refutavit, eodem  
 „citato a refutatoris appellante Rm̄us  
 „D. stetit in Decretis.“

Similis est norma & aliarum exceptio-  
 num, ut incompetentiæ actionis, actoris,  
 citationis, spoli, rei iudicatæ &c: sequun-  
 tur nunc;



## INDUCIÆ DELIBERATORIÆ.

Ad terminos in accessoris spectant induciæ deliberatoriæ, quæ maxime locum habent, quando in citatione propositio non est taliter inserta & expressa, ex qua citatus, quomodo debeat respondere, possit informari. Qui terminus licet de iure sit 20 dierum, pro qualitate tamen causarum, Personarum, & locorum, potest per Judicem minui, & augeri, in ætatis autem connotatur sic

„ Præsente nobili N. citato salvis  
 „ Sc: ac protestando Sc: Inducias de-  
 „ liberatorias sibi ad respondendum da-  
 „ ri & concedi postulante. { Et per  
 „ Rmum D. N. ad primam juris post  
 „ 8vam obtinente. “

Cæterum si citationi inserta fuerit propositio seu libellus clarè & specificè, tunc si citatus petet inducias deliberatorias, actor replicabit sic:

„ Actore ex adverso non debere in-  
 „ ducias concedi, { ex quo libellus seu  
 „ propositio clare & specificè in citati-  
 „ one inserta fuit, dicente, “ atque par-  
 „ tem

tem citatam ad respondendum libello stringi petente. Qui Rm̄us D. sedens &c: auditis &c: Citato respondere directe ad propositionem Actoris mandavit, & ad hujusmodi effectum mandatum executivum cum termino N dierum decrevit. "

Huc referuntur exceptiones contra libellum, si sit confusus multiplex, si multa capitula & puncta continens, diversam materiam habeat, tunc citatus contra eam poterit opponere sic vel similiter, Praesente N citato salvus &c: ac protestando &c: se ad respondendum propositioni Actoris, ex quo fit generalis confusa multa Capitula & diversas materias continens, non teneri dicente. "

Et Rm̄us D. N auditis &c, suprafatam actoris propositionem ad articulos seu libellum articulatum reduci mandavit, terminumque partibus pro 2da juris assignavit. "

Vel si terminus per Decretum ad ulteriora procedendi assignatus non est, tunc accipi.

accipitur citatio: „ ad videndum & au-  
 „ diendum libellum articulatum in cau-  
 „ sa inter A. R. N agentem Actorem  
 „ ab una, & nobilem N occasione &c:  
 „ Citatum ab altera partibus, in judi-  
 „ cio nostro mota & vertente juxta  
 „ obloquentiam Decreti sub die N Men-  
 „ sis N lati produci, nec non ad dicen-  
 „ dum & excipiendum | quidquid con-  
 „ tra hujusmodi libellum verbo aut in  
 „ scriptis dicere aut excipere voluerit,  
 „ alias ad directe eidem respondendum,  
 „ litemque de super contestandam, eun-  
 „ demque censuris etiam compelli, vel  
 „ ad dicendum &c: “ Ex qua citatio-  
 ne in termino libellus articulatus produ-  
 cetur & inchoabitur.

**P R O C E S S U S**  
**I N P R I N C I P A L I N E G O T I O .**

Quoniam sententia debet esse confor-  
 mis libello, ideo a libello & a danda re-  
 sponse seu litis contestatione processus  
 incipit in negotio principali, & quamvis  
 iuxta ordinem præmissorum ad tenorem  
 anterioris Decreti statim subsequi deberet  
 libellus

libellus articulatus, nihilominus ad exactiorem notitiam hic ponitur *IMO*:

LIBELLUS SIMPLEX CONVENTIONALIS.

„ Coram Perillustri & Rmo N Of-  
 „ ficiali comparens personaliter nobilis  
 „ N Amdm Rndi N Procurator &c:  
 „ contra nobilem N proposuit, quod li-  
 „ cet prædium dotale Ecclesie N in  
 „ Villa inter agros laboriosorum N  
 „ ex una, & curiales seu prædiales  
 „ ejusdem villæ ex altera partibus, si-  
 „ tum, ab Ecclesia prædicta N usque  
 „ ad limites Villæ N se se protendens  
 „ ad Actorem ejusque Ecclesiam de  
 „ jure spectaverit & pertinuerit, in e-  
 „ jusque usu & pacifica inmemorabili  
 „ possessione Actor ac ejus Ecclesia cum  
 „ Antecessoribus suis fuerit, nihilomi-  
 „ nus dictus N huiusmodi prædium ab  
 „ annis circiter sex injuste occupare  
 „ & detinere, fructusque ex eo nulli-  
 „ ter percipere, atque ejusmodi prædio  
 „ & eius possessione inmemorabili di-  
 „ ctum Actorem & Ecclesiam ejus spo-  
 „ liare

„liare ausus est, nec ad multiplices a-  
 „micabiles requisitiones idem prædi-  
 „um cum fructibus nulliter perceptis  
 „restituere vult, quinimo in animæ  
 „sue perniciem, dictique actoris &  
 „ejus Ecclesiæ non modicum præjudi-  
 „cium & gravamen temere recusat.  
 „Proinde dictus N Procurator præ-  
 „nominatum prædium dotale Eccle-  
 „siæ N ad sæpefatum A. R. N Ple-  
 „banum eiusque Ecclesiam ab antiquo  
 „spectasse & pertinuisse, spectareque  
 „& pertinere debere, suprascriptum  
 „vero nobilem N temere nulliter & de  
 „facto eodem prædio, ipsiusque posse-  
 „ssione & usu pacifico Plebanum N  
 „eiusque Ecclesiam spoliasse, & fru-  
 „ctus nulliter ac perperam percepif-  
 „se, taliaque sibi minime facere licuis-  
 „se, nec ad præsens licere pronuncia-  
 „ri, atque ad restitutionem hujusmodi  
 „prædii, una cum omnibus fructibus  
 „ex eo nulliter & injuste perceptis ju-  
 „ris mediis cogi & compelli, ac in  
 „possessionem hujusmodi prædii dictum  
 Acto.

„ Actorem restituendum, reimponen-  
 „ dum & reinducendum fore, ac de fa-  
 „ cto reimponi, restitui, & reinduci de-  
 „ bere, atque citato desuper perpetuum  
 „ silentium imponi, nec non in dam-  
 „ nis, & litis expensis eundem con-  
 „ demnari & super præmissis sibi ju-  
 „ ris & justitiæ complementum mini-  
 „ strari debita cum instantia postulavit.  
 „ Salvo &c: Omni &c:

„ Præsentate ex adverso principali  
 „ citato salvis &c: ac protestando &c:  
 „ ad propositionem Actoris in vim di-  
 „ rectæ responsionis, litem pro nega-  
 „ tive contestata declarante.

„ Actore ex adverso se ad proban-  
 „ dum narrata sua admitti petente.  
 „ Et Rm̄us D. N. Judex sedens &c:  
 „ audita per citatum negativa litem con-  
 „ testatione Actorem ad probandum si-  
 „ bi incumbentia admisit [ si inquisitio  
 ex testibus extra iudicium esset peragen-  
 da tunc prosequitur ] Inquisitionem in  
 „ loco loci expediendam necessariam es-  
 „ se adinvenit, & pro ea expedienda  
 CONL-

„ *Commissarios in continenti* [ v. in  
 „ *Cancellaria* ] *nominare mandavit.* “  
 Vel si testes in iudicio examinandi es-  
 sent, tunc dicat. *Inquisitionem decrevit*  
 „ *Et pro ea expedienda testes ad ju-*  
 „ *dicium suum ad citari mandavit.*

Habita notitia de formando libello sim-  
 plici nunc sequitur.

FORMA LIBELLI ARTICULATI.

„ *Coram &c: constitutus personali-*  
 „ *ter A. R. N. in termino ex citatione*  
 „ [vel ex actis ] *in diem hodiernam*  
 „ *incidente contumaciam nobilis N ex*  
 „ *adverso principalis citati quatenus*  
 „ *non comparentis accusavit, & in e-*  
 „ *jus contumaciam libellum articula-*  
 „ *tum, seu positiones & articulos in-*  
 „ *fra scriptos in causa inter se Acto-*  
 „ *rem ab una, & dictum nobilem N*  
 „ *occasione N citatum ab altera par-*  
 „ *tibus, in iudicio præsen. mot: &*  
 „ *verten: omni meliori modo, via for-*  
 „ *ma ac stylo dedit, produxit, fecit,*  
 „ *exhibuit, quos admitti, partemque*  
 „ *adversam ad iisdem, singularibus sin-*  
 gula-

„singulariter juxta præscriptum” juris  
 „per verbum credit vel non credit, sim-  
 „pliciter vel medio juramento, vel ali-  
 „as omni modo meliori respondendum  
 „litemque contestandam cogi & com-  
 „pelli petiit, qui libellus seu articuli  
 „si & in quantum negati fuerint, eos  
 „non adstringens se ad onus superflue  
 „probationis, de quo solemniter pro-  
 „testatur se probaturum obtulit, & ad  
 „probandum admitti postulavit. “

„ Inprimis itaque idem qui supra  
 „A. R. D. N libellando & libellum ar-  
 „ticulatum producendo facta protesta-  
 „tione de damnis & litis expensis po-  
 „nit & dicit. Quod hac in Diœcesi  
 „N extat Ecclesia Parochialis in Vil-  
 „la N habens fontem baptismalem,  
 „Cæmeterium pro humandis Homini-  
 „bus Parochianorum suorum & alia  
 „insignia Ecclesiam Parochialem certis  
 „suis proventibus dotatam denotantia.

„ 2do: Item articulando ponit quod  
 „in eadem villa extat prædium Ple-  
 „banate N dictum inter agros labori-



„ ofi N Kmetonis ex una, & Curia-  
 „ les ejusdem Villæ N ex altera par-  
 „ tibus, situm ab Ecclesia prædicta N  
 „ ejusque domo Plebanali, usque ad  
 „ granities Villæ N se se protendens,  
 „ & sic fuit & est ad præsens. “

„ 3tio. Item libellando ponit & di-  
 „ cit, quod hujusmodi prædium ad  
 „ Plebanum & ejus Ecclesiam N ju-  
 „ re erectionis & foundationis ejusdem  
 „ semper spectavit, & pertinuit, & ad  
 „ præsens spectat & pertinet. “

„ 4to. Item ponit & articulatur quod  
 „ in immemorabili usu & possessione  
 „ pacifica, cujus initii hominum me-  
 „ moria non extat, dicta Ecclesia &  
 „ ejus Possessor est, & cum suis ante-  
 „ cessoribus semper fuit, & fructus in  
 „ eodem prædio existentes per se tolle-  
 „ bat & percipiebat, & sic fuit & est  
 „ verum. “

„ 5to. Item articulando ponit,  
 „ quod nobilis N 6to abhinc anno hu-  
 „ jus modi prædium dictæ Ecclesiæ Pa-  
 „ rochialis nulliter & injuste vi & vi-  
 „ olenter

„olenter ademit, ac huiusmodi usu ac  
 „pacifica possessione præfatam Eccle-  
 „siam, & Plebaniam ejus spoliavit.“

„ 6to. Item articulando ponit, quod  
 „ex dicto prædio per 6 annos ad cur-  
 „rentem inclusive, fructus pro quoli-  
 „bet anno ad summam N ascendentes  
 „nulliter percepit. “

„ 7mo. Item ponit & articulatur,  
 „quod multoties existens eo nomine  
 „tamper præfatum Plebanum, quam  
 „per varias Personas requisitus di-  
 „ctum prædium una cum fructibus  
 „restituere non vult & recusat. Quæ  
 „omnia & singula præmissa sic posita  
 „& articulata sunt & fuerunt vera,  
 „notoria, & manifesta, de iisdem fuit  
 „& est communis vox & opinio, & fa-  
 „ma publica. Petit igitur [ ponenda  
 „hic conclusio ] & in fine addendum sal-  
 „vo jure addendi &c: & protestatur  
 „prout iuris & styli.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Notandum quod si libellus vel propo-  
 sitio simplex verbo proponatur, tum eti-  
 am

am ad eam responsio seu litis contestatio fit verbo, v.g. *Præsente N ex adverso principali citato narrata prout narrantur vera esse negante & litem negative contestante.*

Si vero libellus sive articulatus seu propositionis, sive simplex sit in scriptis, tunc ad eum responsio seu litis contestatio debet fieri in scriptis. Et si citatus contra talem libellum habet aliquas exceptiones, v. g. si sit incertus, obscurus, confusus, generalis &c: vel si in eo positiones & articuli reperiantur de iure non responsales, hoc est quibus respondere non tenetur, quales sunt criminosi articuli impertinentes nihil inferentes vel concludentes, iuris vel facti alieni, captiosii, contrarii, multiplices &c: tunc eiusmodi exceptiones opponet dicendo v. g. *Articulos NN non esse responsales, ex quo sint facti alieni, impertinentes &c:* Similiter quando aliquis protestatur se velle procedere mere in solo possessorio, quod passim fit in Beneficialibus & libellus formatur in mere petitorio: tunc in respon-

responsione dicetur, non credit hunc articulum & alios esse responsales, ex quo sint in petitorio, ipse autem in mere possessorio procedere intendat. Quodsi autem contra libellum citato nullæ competant exceptiones, tunc ad illum directè respondere debet, & si statim respondere voluerit, dicet in actis.

„ *Præsente Nobili N ex adverso*  
 „ *principali citato salvis &c. ac prote-*  
 „ *stando &c: ad supra fatum præten-*  
 „ *sum libellum articulatum taliter,*  
 „ *qualiter formatum etc: ut inferius*  
 „ *statim etc: Si vero statim respondere*  
 paratus non erit, tunc petet copias producti libelli v. g.

„ *Præsente N citato copias produ-*  
 „ *cti libelli articulati v. g. ad primam*  
 „ *juris sibi concedi petente. Et hic De-*  
 cretum erit communicationis petitiæ copiarum libelli præfati v. g. *Et Rñus D.*  
 „ *N expetitam per citatum libelli co-*  
 „ *piam hinc ad primam juris concessit.*

In termino itaque ex actis incidente actor petet ut sequitur.

*Coram*

„ Coram Ec: comparuit personali-  
 „ ter A. R. N Actor principalis in ter-  
 „ mino ex actis in diem hodiernam in-  
 „ cidente contumaciam Ec: accusavit,  
 „ in ejus contumaciam contra eundem  
 „ mandatum executivum in ordine ad  
 „ respondendum directe libello articu-  
 „ lato, in anteriori termino per se pro-  
 „ ducto Et eidem communicato contra  
 „ ipsum decerni atque ex Cancellaria  
 „ in forma solita relaxari mandari  
 „ petit. “ Hic citatus si non comparet,  
 vel comparens non respondet ad libel-  
 lum, tunc contra eum decernetur iuxta pe-  
 tita Actoris. Si vero comparet & re-  
 spondere vult, tunc taliter in Actis con-  
 notabitur.

„ Præsente Nobili N ex adverso  
 „ principali citato, salvis Ec: ac pro-  
 „ testando Ec: Satisfaciendo Decreto  
 „ anteriori responsiones ad libellum ar-  
 „ ticulatum per Actorem in anteriori  
 „ termino productum, facto realiter  
 „ Et in scriptis salva earum per totum  
 „ completionem producente, Et exhiben-

„te, easque admitti petente. Quarum  
 „tenor est talis.

„ Perillustris ac R<sup>m</sup>e D<sup>n</sup>e Nobilis  
 „ N vel N Procurator ad quendam  
 „ libellum in causa occasione N per N  
 „ Actorem taliter qualiter confectum,  
 „ Et coram Judicio D<sup>n</sup>ionis Vestrae  
 „ productum, salvo jure impertinenti-  
 „ um Et non admittendorum ejusdem  
 „ libelli articulorum, quorum si alicui  
 „ responderit, cui respondere non debe-  
 „ bat vult pro non responso habere, re-  
 „ sponsiones infra scriptas veras Et le-  
 „ gitimas dat, facit, exhibet Et produ-  
 „ cit Omni &c. [ subintellige ] meliori &  
 „ efficaciori modo, quo de iure via forma  
 „ ac stylo potest & debet alias protestatur  
 „ &c: [ subintellige ] prout de iure & stylo  
 „ ipsi competit.

„ Et imprimis primum articulum in-  
 „ ductum praetenso libello credit esse ve-  
 „ rum. In reliquis vero articulis con-  
 „ tenta, narrata Et descripta prout  
 „ narrantur Et describuntur, vera esse  
 „ negat. Ideoque protestatur de calu-  
 „ mnia

„*omnia*“ quam solemnissime, nihilque in  
 „*hac* fieri causa nisi servatis de iure  
 „*servandis*, ac probatis de iure pro-  
 „*bandis*, salvis omnibus exceptionibus  
 „*juris* sibi quomodolibet servientibus,  
 „*reservatis* & præcustoditis & non ali-  
 „*as*, de quo omni meliori &c: prote-  
 „*statur*, salvo iure addendi seu cor-  
 „*rigendi*. “

„*Vel sic* & primo respondendo, pri-  
 „*imum articulum* credit non esse verum  
 „*& responsalem*, ex quo sit in petito-  
 „*torio*, citatus vero in mere possessorio  
 „*in causa* præsentē procedere se velle  
 „*protestatus est*. “

„*Ad 3tium* itidem non credit esse re-  
 „*sponsalem*, ex quo sit captiosus. “

„*Ad 4tū* non credit esse respon-  
 „*salem*, ex quo sit generice & confu-  
 „*se conceptus* &c: “ Et hic Actor pe-  
 tet communicationem responsionum ad re-  
 plicandum contra easdem, ac per Decre-  
 tum obtinebit.

Circa huiusmodi liti s contestationis ter-  
 minum ordinariē si citato competit, fieri

solet reconventio, seu mutua petitio in causa eadem, aliquam cum conventionae habens relationem, ita ut uno processu eiu modi reconventio cum conventionae cognoscatur & decidatur, ideo sit.

**PROCESSUS RECONVENTIONALIS.**

ACTUS I. mus.

„ Coram Ec: ut supra, Actor Ec:  
„ ut supra petit. “

„ Praesente N. citato Ec: Respon-  
„ siones ad libellum Ec: producente.  
„ Vel respondendo verbo ad propositio-  
„ nem Actoris, narrata prout narran-  
„ tur vera esse negante, & conventio-  
„ naliter contra eundem N. Actorem,  
„ quia ipse Ec: [ hic inferatur petitio con-  
„ tra Actorem ] In contrarium Actor  
„ quantum ad conventionem suam, con-  
„ tenta in responsionibus pro veris a-  
„ gnita acceptavit. Jam vero super  
„ negatis se ad probandum omni pro-  
„ bationum genere admitti petit, quan-  
„ tum vero ad reconventionem attinet  
[ si aliquas habet rationes, propter quas  
reici



relicti possit, eas apponet v. g. quod cum  
 conventione nullam connexionem habet,  
 & in materia mere distincta &c: si vero  
 nullam habet rationem, tunc dicitur eam  
 „ veram esse negavit, citatus ex adver-  
 „ so ad probandum admitti petiit. “

„ Et Rm̄us D. Judex qui supra  
 „ parti utrique intentionem suam tam  
 „ quoad conventionem, quam quoad  
 „ reconventionem probare mandavit. “

ACTUS 2dus.

„ Coram &c: Actor &c: contuma-  
 „ ciam &c: & in eius contumaciam Te-  
 „ stes videlicet NN ad perhibendum  
 „ fidele veritatis testimonium, in causa  
 „ tam conventionis quam reconventio-  
 „ nis &c: induxit petens eosdem &c: ad-  
 „ mitti ut infra in actu inductionis testium.

„ Praesente N citato &c. excipiente  
 „ &c: vel in inductos testes consenti-  
 „ ente & pro parte sua tam in causa  
 „ conventionis, quam reconventionis N  
 „ N inducente, & eosdem admitti pe-  
 „ tente. “ Hic Judex interloquitur iuxta  
 negotii exigentiam, debent autem interro-

ACTUS

gatoria alia quod conventionem & alia quod reconventionem porrigi.

ACTUS 3<sup>tius</sup>.

„ Coram Ec: Actor Ec: contumaciam  
 „ Ec: dicta Testium publicari petiit. “  
 „ Præsente N. citato in publicationem  
 „ consentiente Et similiter quoad recon-  
 „ ventionem suam dicta Ec: depositiones te-  
 „ stium pro parte sua inductorum publi-  
 „ cari petete. Et Remus N. iudex dicta te-  
 „ stium tam in conventionis quam in re-  
 „ conventionis causa publicavit, & ter-  
 „ minum ferendæ sententiæ pro prima  
 „ juris assignavit, partibusque pro ea  
 „ ferenda se informare mandavit. “

ACTUS 4<sup>tus</sup>.

„ Coram Ec: Actor Ec: contuma-  
 „ ciam Ec: dicta Testium, quæ pro se  
 „ faciunt, acceptavit, quæ vero contra  
 „ se generalia verbo dixit, ac iudicium  
 „ pro ferenda sententiâ informavit, ta-  
 „ lique suæ informationi in hærendo sē-  
 „ tentiam ferri postulavit. “  
 „ Præsente N. citato dicta quæ pro  
 „ se acceptante, quæ vero contra Ec:

acci-

„excipiente & pro ferenda sententia  
 „Judicium suum informantē. Et D  
 „Judex sententiam tulit, quam pro  
 „prima juris se publicaturum obtulit.

ACTUS 5tus.

„Coram Ec: Actor Ec: in termino  
 „ex actis Ec: contumaciam Ec: sen-  
 „tentiam iam alias latam publicari  
 „petiit. Præsentē N citato in publi-  
 „cationem sententiæ quatenus sibi fa-  
 „vorabilis consentiente, alias a contra-  
 „ria & gravaminosa, ad quam de ju-  
 „re appellante.“

„Et D. Judex sententiam publica-  
 „vit tenoris hujusmodi, Christi nomi-  
 „ne invocato Ec: In causa conventio-  
 „nis Ec: dicimus Ec: Quod vero re-  
 „conventionem attinet, quoniam Ec:  
 „ideo pariter dicimus, decernimus Ec:  
 Quod si autem non Judex in scheda, sed  
 Notarius in Protocollo scripserit senten-  
 tiam, tunc eam taliter concipere debet.  
 „Et Rñus D. Judex sedens Ec: au-  
 „ditis Ec: resolvendo imprimis causam  
 „conventionis quandoquidem Ec: ideo  
 Ec:

„ *Et: decrevit, Quantum vero ad re-*  
 „ *conventionem attinet, quoniam ejus-*  
 „ *dem reconventionis Actor hoc vel il-*  
 „ *lud Actori conventionis, Actor vero*  
 „ *conventionis citato non deduxit nec*  
 „ *probavit, idcirco eundem citatum Et:*  
 „ *liberum pronuntiavit.*“

### JURAMENTUM CALUMNIÆ.

Hoc iuramentum calumniæ licet in  
 omni litis parte exigere & præstari possit,  
 ordinarie tamen post litis contestationem  
 exigitur & præstatur. Fit autem taliter:  
 post annotatam responsionem ad libel-  
 lum, actor a citato, vel citatus ab actore  
 exigit huiusmodi iuramentum calumniæ,  
 & mediante Decreto obtinebit vel in con-  
 tinenti vel in Cancellaria, prout Judici  
 videbitur, super quo interloqui debet.  
 Quodsi citatus exactum per actorem iu-  
 ramentum calumniæ præstare noluerit, &  
 ipse actor præstiterit, tunc petet citatum  
 pro convicto & pro confesso declarari.  
 Similiter si citatus ab actore tale iuramen-  
 tum exegerit, & is istud præstare nolu-  
 erit, tunc citatus idem petet actorem a  
 causa

causa cecidisse declarari, seque ab eadem causa & actione sibi intentata liberum pronunciarum. Est autem

**FORMA JURAMENTI CALUMNIAE.**

Actor iuramentum calumniae praestare debet sic: *Ego N iuro Deo Omnipotenti, quod credo me iustam intentasse causam nobili N citato, & quod interrogatus in hac causa veritatem non celabo, falsis probationibus non utar, dilationes iniustas ad protelationem & prolongationem litis non petam sic me Deus adjuvet, & S. Dei Evangelia.* [ si Clericus ] [ si vero Laicus sit ] & *innocua Passio Christi.* “

Citatus vero iurabit similiter ut actor super caeteris nisi in principio mutabit sequentia scilicet: *Ego N iuro &c: quod credam me iuste defendere in causa hac mihi intentata, & quod interrogatus &c: His peractis sequitur.*

**DE TERMINIS PROBATORIIS.**

Responsione seu litiscontestatione in negotio principali facta, & iuramento calumniae, quatenus exactum fuerit praestito,

to, sequitur ut quælibet pars intentum suum probet, & ante probationem venit.

### TERMINUS AD PONENDUM ET ARTICULANDUM.

In hoc termino producere debet actor propositionem suam, seu libellum articulatum conceptum, si eum in antecessum non produxit, si autem iam produxit, tunc præsentis termino loco positionum & articulorum reproducet libellum articulatum iam alias productum. Et citatus si in antecessum ad eum non responderit medio iuramento vel sine, per verbum credit vel non credit, hic idem præstare debet, si autem præstare noluerit, tunc actor petet eundem pro convicto & confesso pronunciari, ac declarari. Similiter si in termino idem citatus habendo aliquas exceptiones contra positiones & articulos, eas non opposuit, hic opponere potest. Talis autem est.

### FORMA POSITIONUM.

„ Positiones & articulos infra scriptos  
 „ A. R. N dat, facit, exhibet & producit,  
 „ coniunctim & divisim narrative dis-  
 sponi-

„ positive petens iisdem singulis, singu-  
 „ lariter ac sufficienter pure & simpli-  
 „ citer per verbum credit vel non credit  
 „ medio suo iuramento responderi, qui  
 „ si negati fuerint, se ad probandum ad-  
 „ mitti, ad onus tamen superflue proba-  
 „ tionis se non adstringendo petit & in  
 „ primis ponit &c: 2do: ponit & di-  
 „ cit &c: “ ut supra in forma libelli  
 articulati.

FORMA RESPONSIONUM AD  
 POSITIONES.

Est huiusmodi forma responsionum ut  
 supradictum in responsionibus ad libellum  
 articulatum. Et actus productionis tam  
 positionum, quam ad eas responsionum,  
 simillime connotatur ut supra, & Decre-  
 tum interponitur sequens: *Qui Rm̄us D.*  
*N sedens &c: auditis &c: suprascriptas*  
*positiones & ad eas responsiones hinc*  
*inde productas admisit, & terminum*  
*partibus dierum N ad probandas in-*  
*tentiones suas dedit & assignavit. Sub-*  
*secuto tali Decreto devenitur ad probatio-*  
*nem positionum & articulorum. Et*  
 quam-

quamvis species probationum per Doctores novem numerentur, præcipue tamen & frequentiores sunt per testes, instrumenta & Jura seu documenta, ad quas aliæ probationum species revocantur.

#### DE PROBATIONIBUS PER TESTES.

Probatio per testes dupliciter fieri potest vel coram ipso Judice seu Officio eius, vel coram Comissariis a partibus nominatis, & per Judicem approbatis. Quomodo fieri debeat coram Comissariis infra patebit, quo modo autem coram Judice nunc agendum est.

In primis itaque petitur & obtinetur in Cancellaria citatio contra testes, ad perhibendum testimonium, & contra partem adversam ad videndum eisdem induci, admitti, iurari & examinari, quæ taliter concipi potest.

#### CITATIO CONTRA TESTES.

„ Theodorus &c: Am̄dm R̄ndis &c:  
 „ salutem &c: Mandamus &c: quatenus  
 „ ad instantiam &c: personaliter accedentes  
 „ Testes vobis nominandos &  
 „ cognominandos, & per vos a tergo  
 præ-



„ præsentium in executione describen-  
 „ dos &c: citetis, quos etiam nos &c:  
 „ citamus, ut coram nobis Judicioque  
 „ Nostro &c: compareant ad perhi-  
 „ bendum fidele veritatis testimonium  
 „ in causa & actione Judiciaria inter  
 „ A. R. N. Actorem ab una, atque  
 „ Nobilem N occasione N citatum ab  
 „ altera partibus, in iudicio Nostro  
 „ mot: & verten: ac in terminis pro-  
 „ batoriis pendente juxta interrogato-  
 „ ria in termino examinis ipsis pro-  
 „ ponenda. Citantes uno eodemque  
 „ præsentium contextu dictum Nobilem  
 „ N pro die & termino suprapræfixis  
 „ ad videndum et audiendum supra  
 „ fatos Testes induci, admitti, recipi,  
 „ jurari et juxta interrogatoria in ter-  
 „ mino porrigenda examinari. Cæte-  
 „ raque etc: Certificantes etc: vel ad di-  
 „ cendum etc: In quorum fidem etc:

Citatio hæc intimanda est personaliter  
 tam Testibus, quam parti adversæ. Po-  
 stea in termino ex eadem adveniente vel  
 Testes omnes compareant, vel tantum ali-

qui. Si non omnes compareant, tunc præ-  
 sentes pars inducet, admitti petet, con-  
 tra vero absentes Monitorium atque eti-  
 am Excommunicationem, a qua non prius  
 absolvendi erunt, nisi compareant, & te-  
 stimonium deponant, petet, & obtinebit.  
 Si vero omnes sint præsentis Testes indu-  
 cendi, pars inducens petet, eosdem ad-  
 mitti, iurari &c: ut in citatione. Pars  
 vero adversa vel super inductos Testes con-  
 sentit, & iudex eos eos admittens ad exa-  
 men cum ipsis procedet. Vel eos impu-  
 gnat, si impugnat excipit contra illos ver-  
 bo aut in scriptis v.g. quod sint servi, fa-  
 muli, subditi, de quibus timetur ne metu  
 Dominicæ potestatis veritatem celare ve-  
 lint, Domestici partis adversæ, amici, si-  
 bi inimici &c. Ex adverso inducens re-  
 plicabit contra exceptiones per adversari-  
 um illatas. Tandem Iudex summarie  
 cognoscet super exceptionibus, & earum  
 vim penetrabit an sint iustæ vel frivole.  
 Si erunt iustæ, Testes reiiciet, si iustæ,  
 tanquam frivolas reiiciet, & Testes admit-  
 tet, Pars autem inducens testes sed non  
 omnes

omnes, quia v. g. alii non comparuerunt, circa inductionem præsentium salvam sibi inductionem aliorum præcavebit. Jam vero testes comparentes in iudicio de expensis vialibus & victualibus sibi suppeditandis protestabuntur, & circa inductionem dicent se ad testimonium perhibendum stringi non posse, nisi sibi de expensis & vialibus per inducentem provideatur, quæ omnia in actis sic connotentur:

INDUCTIO TESTIUM.

„ Coram Per illustri N etc: compa-  
 „ ruit personaliter A. R. N in termino  
 „ ex citatione legitime ut a tergo ap-  
 „ parebat executâ in diem hodiernam  
 „ incidente, contumaciam Nobilis N  
 „ ex adverso principalis citati, quate-  
 „ nus non comparentis accusavit, et in  
 „ ipſus contumaciam Testes videlicet  
 „ Generosos NN Admodum R. N,  
 „ Famatum N Laboriosos N et N ad  
 „ perhibendum fidele veritatis Testimo-  
 „ nium in causa & actione iudiciaria  
 „ inter se agentem Actorem ab una, at-  
 „ que dictum Nobilem N occasione N  
 de

„ de qua fufius in actis habetur Cita-  
 „ tum ab altera partibus, in iudicio  
 „ præfen: mot: & verten: ac inter-  
 „ minis probatoriis pendente legitime  
 „ citatos induxit, quos admitti. recipi,  
 „ iurari & iuxta interrogatoria in-  
 „ continentia a fe porrecta examinari.  
 „ Jam vero contra Nobilem N & la-  
 „ boriosos NN legitime citatos & non  
 „ comparentes, quorum falvam inducti-  
 „ onem fibi refervat, monitorium de-  
 „ cerni, & ex Cancellaria in forma  
 „ folita relaxari mandari debita cum  
 „ instantia postulavit. “

„ Præfente Nobili N ex adverfo  
 „ principali citato Salvis &c. ac pro-  
 „ testando &c. in admiſſionem Grſi N  
 „ & Labor: N & N conſentiente, iam  
 „ vero contra Generoſum N ex eo quod  
 „ in actuali ſecum ſit iudicio Caſtrenſi  
 „ & litis pendentia idque in continentia  
 „ probando produxit & exhibuit De-  
 „ cretum dicti Officii Caſtrenſis, inter  
 „ ſe & memoratum Generoſum pro in-  
 „ dagatione violentiarum latum, contra

„famatum N quod sit perjurus pro-  
 „ut id deduxit Decreto consulari ex-  
 „instantia famati N super ipso obten-  
 „to, contra vero laboriosos N & N  
 „quod sint personæ viles & pauperes,  
 „ac propterea facile corrumpi possunt,  
 „excipiente, & eosdem a perhibendo  
 „testimonio reiici expetente. “

„Actore ex adverso contra excepti-  
 „ones adversum Grsum N & famatum  
 „N taliter & taliter &c: Jam vero  
 „contra exceptionem adversus laborio-  
 „sos NN illatam eam non esse atten-  
 „dibilem ex eo: quod quamvis dicti  
 „laboriosi N & N sint personæ misere-  
 „rabiles & pauperes, honeste tamen  
 „viventes replicante, & pro admissio-  
 „ne eorundem omnium ut supra in-  
 „stante. In contrarium citatus adver-  
 „sus replicationes verbo generalia  
 „dixit. “

„Qui Rm̄us D. N sedens &c: au-  
 „ditis &c: reiecta tanquam frivola  
 „contra laboriosos N & N vilitatis  
 „personæ, eorum exceptione, contra

„ ipsos per citatum opposita, eosdem  
 „ & alios super quibus citatus consen-  
 „ sit, admisit, recepit, iuramentum per  
 „ eosdem in praesentia partis utriusque  
 „ super dicenda veritate praestandum  
 „ demandavit, & ad secretum examen  
 „ cum iisdem ad interrogatoria ex par-  
 „ te porrecta secessurum decrevit. Jam  
 „ vero attentis iustis & legitimis con-  
 „ tra Grsum N & famatum N excepti-  
 „ onibus oppositis eosdem non admisit.

Quodsi citatus etiam pro parte sua ali-  
 quos testes inducere voluerit, tunc ubi  
 dixit consentiente vel excipiente continu-  
 et: *Et pro parte sua nobiles NN &  
 laboriosos N & N legitime citatos in-  
 ducente, quos admitti, recipi &c. petere.*

Et vicissim si Actor contra inductos per  
 citatum testes habeat aliquas exceptiones  
 eas opponet, & Judex interloquetur eos  
 admittendo vel reiiciendo. Et facto iu-  
 ramento ad examen cum testibus procedet  
 solus, aut etiam examen tale solet ali-  
 quando committi Notario in Cancellaria,  
 & tunc simile potest formari Decretum.

Qui

Qui Rñus &c: sedens &c, auditis  
 &c: Testes pro parte utraque nomina-  
 tos de consensu earundem admisit,  
 recepit, in presentia partium jura-  
 ri mandavit, atque eosdem mihi No-  
 tario infra scripto juxta articulos &  
 interrogatoria a partibus data exa-  
 minari commisit. "

Quodsi essent testes infirmi, personæ  
 illustres, vel alias legitime impediti petet  
 inducens a Judice Notarium publicum ad  
 recipiendum ab iisdem iuramentum & e-  
 xamen deputari. Judexque deputabit, &  
 eidem iuramentum ac examen recipien-  
 dum committet. Juramentum autem te-  
 stium tale est.

JURAMENTUM TESTIUM.

Ego Niuro Deo Omnipotenti quod  
 in causa, quæ vertitur inter N & N  
 coram Officio N veritatem, de qua in-  
 terrogatus fuero, odii, amoris, timo-  
 ris, muneris promissi vel alterius rei  
 causa non celabo, sed deponam prout  
 scio. Sic me Deus adiuvet, & hæc  
 Sancta DEI Evangelia [ si Clericu ]

Jsi vero Laicus ] *Et hæc S. & innocens*  
*CHRISTI Passio.*

EXAMEN TESTIUM.

Præstito iuramento inferitur per Notarium publicum cum unoquoque Testium examen in Cancellaria, & in seorsivo depositionum testium terminario adnotatur. Examinandus autem est testis in primis super generalibus interrogatoriis, & facta ipsi exhortatione de gravissima obligatione dicendi veritatem, ne committat periurium, & iram Dei Vindictis super se trahat. Interrogandus imo quomodo vocetur, quot annorum, quando confessus, his descriptis deveniendum cum eodem ad interrogatoria a parte porrecta, & connotandum v. g. interrogatus ad unum &c: esse verum respondit, interrogatus de causa scientiæ, respondit quia &c: Ad unumquodque interrogatorium deponens testis debet causam dare scientiæ suæ depositionis, alias causam scientiæ sui dicti non assignans nihil probat. Causam autem eiusmodi talem debet dare qualem scit, & quidem conformem v. g. interrogatus



gatus an sciat verum esse quod Plebanus  
 N ante 6 annos habuit in sua possessione  
 tale & tale prædium, si dicat scio habuisse,  
 interrogatus quomodo scit, & ipse si di-  
 cet se audivisse a Villanis illius Villæ,  
 est causa scientiæ ex auditu alieno, & pa-  
 rum aut nihil probans. Si vero dicat  
 quod habito in eadem villa ab annis v.g.  
 30 & quidem in vicinitate cum Plebano,  
 ac toties vidi familiam Plebani in dicto  
 agro semina propria colligentem &c: hæc  
 erit sufficiens causa scientiæ. Item si in-  
 terrogetur an scit Titum contra Deum  
 blasphemasse, quod sit iniustus, & ipse di-  
 cat scio, & interrogatus de causa scientiæ  
 adiungat, quia meis auribus audiui talia  
 verba in tali & tali loco in præsentia ho-  
 rum & horum Testium, erit bona causa  
 scientiæ &c: aliquando etiam examinandus  
 est testis de circumstantiis, & an non ha-  
 beat aliquem contestem. Finito autem e-  
 xamine monendus est testis de tenendo  
 secreto sub eodem iuramento quod præ-  
 stitit de dicenda veritate. Finitur autem  
 connotatio taliter: Et tantum &c: ( id est  
 &

& tantum pro rei veritate deposuit. ) Cui  
 &c ( id est cui sub eodem quo supra iura-  
 mento impositum est silentium ) Finito  
 itaque cum omnibus testibus examine se-  
 quitur.

PUBLICATIO DICTORUM & DEPO-  
 SITIONUM TESTIUM.

Postquam expeditum fuerit testium e-  
 xamen in Cancellaria, si terminus ad pu-  
 blicandum dicta eorundem testium assi-  
 gnatus non fuit, accipienda est citatio  
 contra partem adversam *ad videndum &  
 audiendum dicta & depositiones Testi-  
 um iuratorum & examinerum, in  
 causa & occasione judiciaria inter di-  
 ctum A. R. N agentem Actorem ab u-  
 ra, atque nobilem N occasione N ci-  
 tatum ab altera partibus, in iudicio  
 nostro mot: & verten: publicari, &  
 pro publicatis haberi. Cæteraque &c.*

Et in termino ex tali citatione Actor  
 petet ut in eadem. Citatus vero si non  
 dum pro parte sua testes induxit, & in-  
 ducere intendit, impediet publicationem,  
 & eandem suspendi petet, quousque pro  
 parte

parte sua Testes non induxerit. Vel si testes etiam pro parte sua induxit, aut inducere non intendit, consentiet in publicationem & Judex interloquetur.

His itaque pro informatione de inductione testium coram Judice vel eius Officio expressis, sequitur nunc

INDUCTIO TESTIUM CORAM  
COMMISSARIIS.

Nestendo terminum presentem cum anteriori, postquam lis contestata fuerit, & Judex per Decretum suum partes ad probandum sibi incumbentia admiserit, inquisitionemque necessariam in loco loci adinvenerit, & Commissarios per partes nominari mandaverit, tunc Actor post publicationem talis Decreti statim in actis dicet: „ Tandem Rñdus N Actor satisfaciendo Decreto prolato in Commissarios pro parte sua Perillustrem, Illustrem ac Admodum R. D. vel Dños „ Andream N Canonicum N Joannens „ N & Nicolaum Decanum foraneum „ N nominavit, quos approbari & in „ personas eorum literas remissoriales  
ex

„ ex Cancellaria extradi mandari po-  
 „ stulavit. “

Si citatus contra aliquem ex Commis-  
 sariis per Actorem nominatis habebit iu-  
 stam rationem excipiendi, & pro Com-  
 missario non admittendi, tunc statim oppo-  
 nat, & simul pro parte sua Commissarios  
 nominabit dicendo v. g. „ Ex adverso  
 „ citatus in Ille & A, R. N & N con-  
 „ sensit, jam vero contra Perillustrum  
 [ quod v. g. sit suus inimicus vel partis  
 Actoræ amicus aut consanguineus ] exce-  
 „ ptionem opposuit & eum non appro-  
 „ bari petiit. Et pro parte sua A Rds  
 „ N & N nominavit, quos singulariter  
 „ approbati & in personas eorum litte-  
 „ ras remissoriales extradi mandari po-  
 „ stulavit. “

Si itaque exceptiones contra aliquem  
 Commissarium non erunt iustæ, tunc actor  
 inferet, eas non esse attendendas, v. g. di-  
 cendo: „ Actore in contrarium super  
 „ Commissarios per citatum pro parte  
 „ sua nominatos consentiente, vel si ha-  
 bebant aliquas rationes excipiendi contra a-  
 liquem

„ liquem dicet: in N consentiente iam  
 „ autem contra N ex ratione, quod Ec:  
 „ excipiente, Et exceptionem contra Pl.  
 „ N pro parte sua nominatum illatam,  
 „ non esse attendibilem ex quo quia Ec:  
 [ hic debet dari ratio, cur debeat reijci ex-  
 „ cepto ] quare eadem reiecta dictum  
 „ Prlm N una cum aliis approbati pe-  
 „ tente. Et Rm̄us D. Judex attenda  
 „ Et pro iusta adinventata excebtione con-  
 „ tra Rm̄um N per N opposita eundem  
 „ remouit, iam vero alios ab utrinque  
 „ per partes nominatos de mutuo earun-  
 „ dem partium consensu approbavit, at-  
 „ que in personas eorundem literas re-  
 „ missoriales ex Cancellaria sua extradi-  
 „ mandavit, absentia unius aut duorum  
 „ ex parte actorea, unius vero ex parte  
 „ citata, ita ut ex utraq; parte par eorum  
 „ numerus adsit non obstante. Vel  
 „ nominatos approbavit absentia unius  
 „ aut duorum Ec: non obstante, Decre-  
 „ ti præsentis vim Literarum Remisso-  
 „ rialium habentis vigore. “ Quod si  
 plures ab utrinque nominentur Commissa-

rii, semper melius est apponere in literis Remissorialibus, sive in Decreto vim remissorialium habente clausulam hanc: absentia non obstante, ne si plures essent nominati, & omnes ad actum commissionis non supervenirent actus irritetur; & sic v. g. si ex una parte superveniret saltim unus, & ex alia plures, ex illis pluribus unus eligitur per partem conducentem, alter vero desistet ab hoc, ut par Commissariorum ab utrinque sit numerus, ne pluralitate paucitas obruatur.

Obtento itaque pro tali Commissione sive Decreto vim Remissorialium habente, sive literis remissorialibus, erdem presentabuntur Commissariis ad effectum expediendæ Commissionis, de qua infra.)

Quodsi autem Decretum steterit admissionis Actoris, seu partis utriusque ad probandum sibi incumbentia, & Commissarii statim non nominabuntur, tunc accipienda est citatio: *ad eligendum & nominandum eligique & nominari videndum Judices Commissarios pro expedienda inquisitione & examine Testium in causa*

*Et actione Judiciaria inter Amdm R. N  
Actorem ab una, & nobilem &c: occa-  
sione &c; de qua in actis citatum ab al-  
tera partibus, in Judicio nostro mot:  
& verten; alias in casu non compariti-  
onis citati, ad videndum & audiendum  
in contumaciam eius Commissarios per  
Actorem nominandos approbari, & li-  
teras Commissionis in forma solita in  
personas eorundem extradi mandari,  
Cæteraque &c: Et in termino ex hu-  
iusmodi citatione adveniente Actor petet &  
obtinebit ut in citatione.*

*Si aliquando contigerit nominatos &  
approbatos unius vel alterius, vel utriusque  
partis Commissarios propter infirmitatem,  
vel aliquod aliud impedimentum conde-  
scendere non posse, ad expediendam in  
loco loci designatam inquisitionem, tunc  
pars illa, cuius Commissarii id facere non  
possunt, alteram partem adcitabit, ad no-  
minandum nominarique videndum ali-  
os Commissarios in locum Rñorum N  
ex quo [ hic ponetur causa ] descendere  
non possunt ad locum loci pro expedi-  
da*

*da tali inquisitione, alias in defectu non comparitionis in contumaciam eiusdem per N nominandos approbari Ec: Ec: & in termino ex hac citatione pars comparens petet & obtinebit prout in eadē.*

Solet etiam quamvis raro per malitiosos contingere quod v. g. pars actorea conducet suos Commissarios in termino ex Innotescentialibus incidens: & citata non conducet. In quo casu si in Decreto vel in Remissorialibus non erit facultas data Commissariis Partis actoreæ, ut procedant etiam ad expediendam inquisitionem pro parte Actorea, etiamsi citata suos Commissarios non conduxerit, tunc Commissarii partis Actoreæ procedere nequeunt. Actor recurrere debet iterum ad Cancellariam Judicis & obtinebit contra adversarium citationem „ *ad videndum & audiendum* „ *Commissarios pro parte citata nominatos tum dum & quando terminus* „ *ex literis innotescentialibus per Commissarios partis actoreæ extraditis incidet conduci mandari, alias in casu non conductionis Inquisitionem per*  
*solos*



„*solos Commissarios partis actoreæ ex-*  
 „*pediendam iniungi & concedi. Cæ-*  
 „*teraque &c: “*

In termino ex hac citatione Actor a  
 Iudice petet ut in eadem, & sive citatus  
 comparuerit, sive non, Iudex interloque-  
 tur, quod ipsi visum fuerit.

Potest insuper contingere, quod post  
 subsecutam liti contestationem, præsertim  
 vero in causa contra aliquem Parochum  
 ad instantiam alicuius ratione vitæ, mo-  
 rum, negligentiarum &c: intentata, Actor  
 ad obligationem citati desistat ab ulteriori  
 processu, & nominatione Commissario-  
 rum. Et tunc Iudex ex officio mandabit  
 partem utramque citari, „ *ad eligendum*  
 „ *& nominandum, eligique & nomina-*  
 „ *nari videndum Iudices Commissari-*  
 „ *os pro expedienda inquisitione in cau-*  
 „ *sa inter N Actorem & N occasione N*  
 „ *citatum in Iudicio nostro met: & ver-*  
 „ *ten: alias in defectu per partes no-*  
 „ *minationis, ad videndum & audien-*  
 „ *dum ex Officio Nostro nominari & ap-*  
 „ *probari, Literasque remissoriales in*  
 „ *perso-*

„personas ipsorum decerni & extradi  
 „mandari, Cæteraque, &c: Certifi-  
 „cantes &c:“

In termino ex tali citatione, si partes  
 utraq; pro se Commissarios non nomina-  
 bunt, Judex ex Officio decernet, & appro-  
 babit, ac remissoriales extradere manda-  
 bit. Est autem

FORMA LITTERARUM REMIS-  
 SORIALIUM.

„Theodorus &c: Illustribus & Am̄dm  
 „R̄ndis DD. N & N pro parte actorea,  
 „& N & N pro parte citata ad infra-  
 „scripta nominatis, & per nos appro-  
 „batis Commissariis nobis in Christo  
 „dilectis salutem in Dño. Negotium  
 „Inquisitionis & Examinis Testium  
 „in causa & actione Judiciaria inter A  
 „R. N Actorem ab una, & nobilem N  
 „occasione [ hic exprimat̄ur propositio vel  
 „eius cont̄nta ] citatum ab altera par-  
 „tibus, coram nobis Judicioque No-  
 „stro mot: & verten: Dñāonibus Ve-  
 „stris [ v. Dilectionibus Vestris ] quo-  
 „rum fidem, prudentiam, & in rebus

gerendis dexteritatem perspectam ha-  
 bemus, in Domino de consensu parti-  
 um auctoritate nostra ordinaria du-  
 ximus committendum commitimusq;  
 in DEI nomine per praesentes requi-  
 rentes, quatenus Dnaones Vestrae vi-  
 so & captato tempore oportuno ad id  
 sibi electo & destinato, praemissis lite-  
 ris innotescentialibus contra partes  
 & citatione contra testes ad Villam  
 N seu N & c: Vestris in personis con-  
 descendant, ibidemque fundata iuris-  
 dictione Vestra Commissoriali in praes-  
 sentia partis utriusque, alias in contu-  
 maciam citatae non comparentis  
 testes citatos per partes inducendos  
 admittant, eosdemque praevio iuramē-  
 to corporali ab eis super dicenda veri-  
 tate emisso iuxta interrogatoria vobis  
 a partibus porrigenda [ vel iuxta  
 puncta & articulos manu Cancellarii  
 nostri subscriptos, quae seu quos Do-  
 minationibus Vestris transmittimus ]  
 fideliter diligenterque solum Deum  
 eiusque iustitiam s. praec oculis haben-  
 do

„ do examinent, & examen ipsorum in  
 „ occluso rothulo sigillis Dñonum Ve-  
 „ strarum obfigillato per aliquem fide-  
 „ lem & iuratum portitorem ad Nos  
 „ Judiciumque nostrum transmittant.  
 „ & partibus terminum aperiendi hu-  
 „ iusmodi Rotuli præfigant & assignent.  
 „ Testes vero, si qui se tunc amore, odio,  
 „ gratia, ira, munere vel quovis alio  
 „ quæsito colore & ingenio a perhiben-  
 „ do veritatis testimonio subtraxerint,  
 „ eosdem ad illud præstandum censu-  
 „ ris etiam Eccl. siasticis si opus fuerit,  
 „ compellant, autoritate nostra ordi-  
 „ naria quâ Dñones Vestras pro hac  
 „ vice fungi volumus unius aut duorum  
 „ ex parte actorea, & unius ex parte  
 „ citata, dummodo pro utraque parte  
 „ par sit eorum numerus, absentia non  
 „ obstante. In quorum fidem &c:  
 „ Dat: &c: “ Et subscribit vel Notarius,  
 vel in gravioribus ipse Judex. Quomo-  
 do autem Literæ præmissæ executioni man-  
 dari debeant, dicetur inferius.

Finita inquisitione sequitur nunc termi-  
 nus ad publicandum.

TER-

TERMINUS AD PUBLICANDUM.

Si Commissarii non præfixerint circa actum expeditæ Commissionis terminum ad aperiendum inquisitiones, tunc accipitur citatio contra partem, „ ad videndum & „ audiendum Rotulum Inquisitionis, & „ examinis Testium in causa inter A.R. „ Nactorem ab una, & præfatum no- „ bilem No occasione N citatum ab altera „ partibus, in Judicio Nostro mot: & „ verten: ac in terminis probatoriis pē- „ dente, per DD. Commissarios a nobis „ Deputatos expedit: clausum & si- „ gillatum produci aperiri, dicta & de- „ positiones Testium publicari, & pro „ publicatis haberi decerni. Cætera- „ que &c: Certific: &c:

Quo termino adveniente Actor Com- missionis seu ille qui eam expeditit pro- ducit Rotulum, & petit prout in citati- one, quod in actis connotatur sic:

„ Coram &c: comparuit personali- „ ter A.R. N in termino ex citatione „ legitime ut a tergo apparebat execu- „ ta in diem hodiernam incidente

[ vel si terminus per Commissarios erit  
 præfixus dicendum, in termino ex præ-  
 „fixione DD. Commissariorum indi-  
 „em hodiernum incidente ) contuma-  
 „ciam nobilis N legitime citati quate-  
 „nus non comparentis accusavit, &  
 „in eius contumaciam producto rotulo  
 „inquisitionis & examinis Testium, in  
 „causa & actione judiciaria, inter se  
 „agentem Actorem ab una, atque me-  
 „moratum Nobilem N occasione N ci-  
 „tatum ab altera partibus, in iudicio  
 „præfenti mot: & verten: per DD.  
 „Commissarios a Judio præfenti De-  
 „putatos rite & legitime expedit: eun-  
 „dem aperiri, dicta & depositiones  
 „Testium publicari, & pro publicatis  
 „haberi decerni debita cum instantia  
 „postulavit. Salvo &c: Omni &c:“

Hic citatus si non comparet, non est  
 contra ipsam decernendum monitorium,  
 sed in contumaciam aperiendus Rotulus  
 prævio Decreto simili.

„ Qui Rm̄us Judex sedens &c: au-  
 „dita partis actoreæ instantia iusta &  
 „legi-

„ legitima, citatæ vero nec per se, nec  
 „ per suum Plenipotentem comparen-  
 „ tis contumacia attenda, ante omnia  
 „ eundem citatum diutius expectatum,  
 „ & non comparentem contumacem re-  
 „ putavit, & in ipsius contumaciam  
 „ rotulum per partem actoream produ-  
 „ ctum aperuit, dicta & depositiones  
 „ Testium publicavit, & pro publicatis  
 „ haberi voluit, citatumque ad dicen-  
 „ dum & excipiendum contra eadem di-  
 „ cta, & depositiones ad citari mandavit.

Si vero comparet & consentit in ape-  
 rtionem Rotuli per Actorem producti,  
 & habet etiam Rotulum pro parte sua, ad-  
 notabitur sic:

„ Præsente N Principali ex adver-  
 „ so citato salvis &c: ac protestando &c:  
 „ in apertionem per partem actoream  
 „ rotuli producti consentiente, & pro  
 „ parte sua quoque Rotulum inquisi-  
 „ tionis & examinis Testium per eosdem  
 „ DD Commissarios expeditum produ-  
 „ cente, quem pariter aperiri, dicta &  
 „ depositiones testium publicari, ac pro

„publicatis haberi, & utrorumque co-  
 „pias, hinc ad primam juris post quin-  
 „denam, in ordine ad dicendum &  
 „excipiendum contra sibi dari & conce-  
 „di petente. Actore ex aduerso in a-  
 „persionem per citatum producti rotu-  
 „li consenti ente, & copias sibi pariter  
 „utriusque Testium examinis cum stri-  
 „ctiori termino, nam citatus petutum  
 „terminum in preelationem causæ ex-  
 „petiit supplicante. Et Rm̄us D, Ju-  
 „dex qui supra sedens &c: auditis &c:  
 „Rotulos inquisitionum ab utrinque  
 „productos (vel a partibus ) aperuit,  
 „dicta & depositiones Testium publi-  
 „cavit, & pro publicatis haberi vo-  
 „luit, ac copias eorum iisdem partibus  
 „communicari mandavit hinc v. g. ad  
 „primam post 8vam vel hinc ad 2dam  
 „juris; terminumque conseruavit. “

Quando autem citatus comparet &  
 non consentit in apersionem rotuli per a-  
 ctorem producti, & rationes iustas & va-  
 lidas non apersionis allegabit, v. g. quod  
 prætena inquisitio sine præviis literis in-



notescentialibus vel ex Testibus sibi offensus, non attendita eorum exceptione &c: per DD. Commissarios fuit expedita, tunc eius instantia taliter adnotanda,

„ *Præsente Nex adverso principali*  
 „ *citato salvis &c: ac protestando &c:*  
 „ *in apertionem rotuli per actorem pro-*  
 „ *ducti, ex ratione quod DD. Commis-*  
 „ *sarii Testes pro parte sua inductos*  
 „ *admittere noluerunt, non consenti-*  
 „ *te, & eam tamdiu suspendi quousque*  
 „ *pro parte sua Testes examinati non*  
 „ *fuerint petente. Vel in apertionem*  
 „ *rotuli ex rationibus imo. Quia Literæ*  
 „ *innotescenciales tempestive sibi inti-*  
 „ *matæ non fuerunt. sed eadem die vel*  
 „ *pridie actus ipsiusmet Commissionis,*  
 „ *& hac de causa nec suos Commissa-*  
 „ *rios, nec Testes conducere tempus*  
 „ *habuit. 2do. Quia iidem Commissa-*  
 „ *rii non attendita sui protestatione, &*  
 „ *impugnatione fundatæ jurisdictionis,*  
 „ *ob defectum suorum Commissa-*  
 „ *riorum, ad actum præiensæ Inquisi-*  
 „ *tionis processerunt, 3tio, Quia in*  
 „ *eadem*

„ eadem inquisitione ad examen tales  
 „ Testes admiserunt, qui de jure ut  
 „ pote sibi offensissimi vel ob potestatem  
 „ Dñicam ad dicendum falsum metu  
 „ compulsi, erant exceptibiles & non  
 „ admissibiles &c: non consentiente,  
 „ & aliam pro utraque parte inquisi-  
 „ tionem decerni petente, & pro eadē  
 „ expedienda in locum approbatorum  
 „ pro parte actorea, quoniam eidem  
 „ parti nimis favorabiles se exhibue-  
 „ runt, alios Commissarios naminari  
 „ mandari supplicante. Actore ex ad-  
 „ verso rationes citati non esse attendi-  
 „ biles, & quidem non primum, quia  
 „ literæ innotescentiales satis tempesti-  
 „ ve, utpote ante duas dies vel 3 actum  
 „ Commissionis procedentes fuerunt  
 „ ipsi intimatæ, quod melius ex actu  
 „ inchoatæ inquisitionis & executione  
 „ innotescentialum adnotata appare-  
 „ bit. Non 2dum quia idem citatus  
 „ consulto Commissarios suos pro ter-  
 „ mino conducere noluit, idque proban-  
 „ do exhibuit literas Missivas partis  
 „ cita.

„citatae per eandem ad unum Com-  
 „missariorum scriptas, ne pro termino  
 „condescendant, vel quia DD. Com-  
 „missarii partis citatae peroptime sci-  
 „verunt de termino inchoandi actus e-  
 „jusmodi Commissionis, ex quo & ipsi  
 „litteras Innotescentiales subscripse-  
 „runt &c: quare refutandas esse ra-  
 „tiones citati suis rationibus inferen-  
 „te, & pro apertione ut supra in-  
 „stante. “

Hic Judex si videbit iustas exceptiones  
 citati, interloquetur sic vel similiter. “ *Et*  
 „*Rm̄us D. Judex* qui supra sedens  
 „&c: auditis &c: attentam exceptionem &  
 „oppositionem citati rotulum per par-  
 „tem actorem productum suspendit,  
 „& pro parte citata Testes per eosdem  
 „Commissarios in ante approbatos exa-  
 „minandos injunxit, terminumque ex-  
 „pediendi hujusmodi examinis, in spa-  
 „tio unius Mensis assignavit vel suspē-  
 „dit, & aliam inquisitionem pro utra-  
 „que parte expediendam decrevit, pro  
 „eademque alios Commissarios parti-  
 bus

„ bus nominari mandavit. Vel pro-  
 „ ductas inquisitiones pro sola & priva-  
 „ ta sui informatione aperuit, ex qui-  
 „ bus apertis quoniam Iudicio suo con-  
 „ stitit, Innot sentiales pridie Actus  
 „ Commissionis, modo primum sibi fu-  
 „ isse intimatas, post qua in intimatio-  
 „ nem Commissarios suos pro sequenti  
 „ die ob distantiam loci conducere ab-  
 „ sulte non potuit, idcirco pro vera  
 „ & iusta adinventa exceptione citati,  
 „ aliam inquisitionem pro utraque par-  
 „ te necessariam esse decrevit, sive per  
 „ eosdem Commissarios, quos supra  
 „ partes nominarunt, sive per alios in  
 „ continenti nominandos DD. &c: Vel  
 „ Ex quibus apertis quoniam contrari-  
 „ rium allegatis per citatum apparu-  
 „ it, idcirco reiecta exceptione ejusdem  
 „ citati aliam necessariam non esse inqui-  
 „ sitionem adinvenit, dictaque Testium  
 „ & depositiones producti & aperti pro  
 „ informatione sua rotuli publicavit,  
 „ & pro publicatis haberi voluit, ac  
 „ copias parti, quæ voluerit, commu-  
 „ nicari

„*nicari mandavit, terminumque dicendi contra 2dam juris assignavit.*“

TERMINUS AD DICENDUM CONTRA DICTA TESTIUM.

Terminus hic datur, si non fuit iudicialiter assignatus, vel si pars citata circa apertionem rotali inquisitionis fuit contumax & per Decretum demandata est ad citatio, tunc est ad citanda *ad dicendum & excipiendum contra dicta & depositiones Testium, in causa & actione iudiciaria, inter A. R. N Actorem, & nobilem N occasione N citatum in Iudicio praesenti mot: & verten: iam alias publicata, si quid dicere & excipere voluerit, alias ad videndum & audiendum inherendo iisdem dictis & depositionibus, quod iuris fuerit, decerni.*

Termino ex huiusmodi citatione vel ex actis ad dicendum contra dicta & depositiones adveniente, Actor petet, ut inherendo inquisitionibus pro parte sua expeditis sententia feratur, quae vero Inquisitiones contra se militant adversus dicta excipiat verbo vel in scriptis. Instantiam autem in actis faciet sic: *Coram*

„ Coram Ec: comparuit personali-  
 „ ter A, R. N principalis Actor inter-  
 „ mino ex actis vel ad citatione legitime  
 „ Ec: in diem hodiernam incidente con-  
 „ tumaciam nobilis N principalis ex  
 „ aduerso citati, quatenus non compa-  
 „ rentis, nec quidquam contra dicta  
 „ & depositiones Testium in causa inter  
 „ se agentem Actorem ab una, & e-  
 „ undem nobilem N occasione N citatum  
 „ ab altera paribus in Iudicio præsen-  
 „ ti mot: & verten: iam alias in ante-  
 „ riori termino publicata excipientis-  
 „ accusavit, & in eius contumaciam  
 „ dixit iuxta schedam vel inhærendo  
 „ Testium depositionibus quatenus pro  
 „ se militantibus sententiam ferri & in  
 „ scriptis promulgari petiit, quatenus  
 „ vero contra se pugnant aduersus ea  
 „ verbo generalia dixit. Vel inhære-  
 „ do Testium depositionibus, easq; quæ  
 „ pro se faciunt acceptando, quæ vero  
 „ contra verbo generalia dicendo, in  
 „ causa præseti concludi, & pro con-  
 „ cluso haberi mandari postulavit. “

„ Præfente Nobili N ex adverfo  
 „ principali citato falvis &c: ac prote-  
 „ stando &c: dicta & depositions Te-  
 „ stium, quæ pro se faciunt acceptante,  
 „ quæ vero contra se juxta schedam  
 „ dicente & excipiente, eisdemque ex-  
 „ ceptionibus scripto factis & exhibi-  
 „ tis inhærendo, in causa præfenti su-  
 „ per petita conclusione salva rei nihilo-  
 „ minus reclusionem, si & in quantum o-  
 „ pus fuerit, sibi reservata & præcusto-  
 „ dita consentiente. “

*Nota.* Quodsi iuxta schedam partes  
 concludunt, Actor in sua debet exprime-  
 re rem testibus favore sui probatam, ad-  
 ferendo etiam allegationes iuris prout  
 necessitas causæ postulabit, & inhærendo  
 allegatis & probatis, in conclusione eiu-  
 dem schedæ decerni a Iudice petet, quod  
 sibi optat.

Citatus vero similiter dicta quæ pro se  
 facient, acceptabit, iam vero quæ contra  
 se, exceptionem iuridicam contra eadem  
 dicta inferet. His finitis Iudex interlo-  
 quetur sic vel similiter.

*Et*

„ *Et Rm̄us D. Judex qui supra se-*  
 „ *dens &c: auditis &c: in causa pra-*  
 „ *senti de consensu partium, salva ta-*  
 „ *men in quantum opus fuerit reclu-*  
 „ *sione conclusit, & pro concluso habe-*  
 „ *ri voluit.*“

SECUNDA SPECIES  
 PROBATIONIS PER JURA, INSTRU-  
 MENTA, SCRIPTURAS &c:

Si per testes non poterit haberi proba-  
 tio v. g. in rebus antiquis & hominum  
 memoriam excedentibus [ vel si ea sit, sed  
 non sufficiens ] adhibetur probatio per iu-  
 ra, instrumenta, documenta, Privilegia,  
 Bullas, & alias quasvis Scripturas.

Fit autem iurium productio vel statim  
 circa responsionem, vel post Decretum in-  
 iunctæ probationis.

Quando fit statim post responsionem,  
 sic connotatur. „ *Actore ex adverso in*  
 „ *vim probationis suce, documenta nu-*  
 „ *mero tot v. g, septem, primum in*  
 „ *pargameno scriptum, sigillo pensili*  
 „ *munitum, sub titulo Serenissimi N de*  
 „ *data eius in N anno N die N Men-*  
 „ *sis*



„*sis* N. 2dum Extractum authenticum  
 „*inscriptionis ex Actis Castrensibus N*  
 „*de Actis eius feria 2da post Domini-*  
 „*cam Oculi &c. Anno N &c. 3tium*  
 „*N &c. facto & authentice producē-*  
 „*te, eaque admitti supplicante. In*  
 „*contrarium citatus copias per partē*  
 „*Actoream productorum, hinc ad*  
 „*quindenam sibi communicari petiit.*  
 „*Et pro parte sua similiter documenta*  
 „*videlicet NNN. produxit. “*

„*Et Rm̄us D. N. Judex sedens &c.*  
 „*auditis producta hinc inde partium*  
 „*si & in quantum &c. admisit, copi-*  
 „*asque eorum in eisdem partibus hinc ad*  
 „*quindenam cum termino dicendi con-*  
 „*tra concessit. “*

Quando vero fit post Decretum iniun-  
 ctæ probationis, tunc Judex præfigit ter-  
 minum ad producendum v. g. ad proban-  
 dum admisit, & jura partibus pro 2da  
 juris prodere mandavit. Quo termino  
 adveniente fit productio iurium, & con-  
 notatur ut supra. Quod si terminus ad  
 producendum iura per Decretum præfi-  
 xus

xus non sit, tunc accipienda est ex Cancellaria citatio „ ad producendum pro-  
 „ ducique videndum jura, documenta,  
 „ Privilegia, Munimenta & Scripturas  
 „ in causa & actione judiciaria inter  
 „ A. R. N agentem Actorem ab una,  
 „ & Nobilem N occasione N citatum  
 „ ab altera partibus, coram Judicio  
 „ nostro mot: & verten: eademque in  
 „ vim probandæ intentionis suæ vidē-  
 „ dum admiitti, nec non ad dicendum  
 „ & excipiendum, si quid verbo vel in  
 „ scriptis dicere & excipere voluerit.  
 „ Cæteraque &c: “

In termino itaque ex citatione huius-  
 modi Actor producet iura, & in Proto-  
 collo dicet sic:

„ Coram &c: in termino ex cita-  
 „ tione &c: accusata &c: & in ejus  
 „ contumaciam in vim probandæ in-  
 „ tionis suæ vel in vim probationis con-  
 „ tentorum sui libelli jura tot &c: fa-  
 „ cto & realiter produxit petens &c:  
 „ ut supra, Præsente &c: salvis &c:  
 „ ac protestando &c: copias producto-  
 rum

rum cum termino dicendi contra  
hinc ad primam post octavam sibi da-  
ri pendente. “

Et Rm̄us ꝛc: jura producta ad-  
misit ac copias eorundem ad 2dam  
juris communicari parti Citatae  
mandavit. “

Quodsi producens Jura non vult con-  
cedere parti adversae copias, sed duntaxat  
pro solius Judicis informatione demon-  
strat aliquod documentum, tunc in Actis  
sic debet connotari „ Rduſ N jura nu-  
mero ꝛc: animo rehabendi facto ꝛ  
realiter propter solius duntaxat Ju-  
dicis informationem ꝛ non alias nec  
aliter, de quo solemniter protestatus  
est, exhibuit ꝛc: “ & tunc parti eo-  
piae non conceduntur.

Si quando documentum sit pro utraque  
parte faciens cautela additur circa produ-  
ctionem talis: “ Rduſ N jura quantum  
pro se ꝛ contra partem adversam  
faciunt, ꝛ non alias nec alio modo  
de quo solemniter protestatur, pro-  
duxit ꝛc, “

Tandem

Tandem productis partis iuribus Notarius apponit a tergo eorum connotationem sequentem: *Anno N die N productum & decretum prout in actis.*

*Nota.* De antiquo processu post iurium productionem solebat assignari terminus ad recognoscendum eadem, quod fiebat sic: *Adcitabantur Testes ad videndum iurium sigilla. manus subscriptiones recognosci, utrum sint illorum, quorum dicuntur, adcitabatur & pars adversa ad videndum talia iura recognosci, & in termino fiebat recognitio, postquam peractam apponebatur per Judicem Decretum. Auditis testimonis iura præfata pro recognitis haberi decrevit.* Et modo primum citato copiam communicabantur, sed nunc terminus iste non est amplius in usu. Ast post productionem & communicationem iurium sequitur

TERMINUS AD EXCIPIENDUM  
CONTRA JURA.

In hoc termino ad excipiendum Actor referendo se ad iura sua, petet decerni prout in iisdem. E contra citatus contra  
iura

iura producta verbo vel in scriptis exci-  
piet, quæ in actis connotantur sic:

„ Coram Ec, comparuit personali-  
ter A. R. N in termino ex actis in  
„ diem hodiernam incidente, contuma-  
„ ciam Nobilis N quatenus non com-  
„ parentis, nec quidquam adversus  
„ iura, documenta & munimenta in  
„ causa & actione Judiciaria inter se  
„ Actorem ab una, atque dictum No-  
„ bilem N occasione N citatum ab al-  
„ tera partibus, in Judicio præsentis  
„ mot: & verten: in termino anteriori  
„ producta, & sibi citatio communicata  
„ verbo & in scriptis dicentis & exci-  
„ pientis accusavit, & in ipsius contu-  
„ maciam referendo se ad eadem iura  
„ sua, in causa hujusmodi concludi &  
„ pro concluso haberi vel referendo se  
„ ad iura Ec: Decretam fieri petit. “

„ Præsentis ex adverso citato N.  
„ salvo Ec: ac protestando contra ju-  
„ ra per A. R. N in termino anteriori  
„ in causa, de qua in actis produ-  
„ cta, eadem nihil valere, ex quo se  
1 ad

„ ad fundum vel summam controver-  
 „ sam non extendunt, vel ex quo non sunt  
 „ authentica, & in forma probanti  
 „ extradita, verbo inferente & super  
 „ conclusione vel Decreti prolatione qua-  
 „ tenus sibi favorabilis consentiente.  
 „ Vel Præsente &c: exceptiones pro  
 „ parte sua contra iura partis adver-  
 „ sæ in causa occasione N mot: & ver-  
 „ ten: facto & in scriptis exhibente, ad  
 „ easdem admitti petente. Est autem  
 „ exceptionum huiusmodi tenor sequens:  
 „ Nobilis N contra quædam prætenso  
 „ jura & munimenta pro parte A. R.  
 „ N in Iudicio præsentis taliter quali-  
 „ ter in causa occasione N producta,  
 „ exceptiones veras, legitimas & juri-  
 „ dicas dat, facit, exhibet, & produ-  
 „ cit, alias protestatur de gravamine  
 „ & appellat &c. Et inprimis contra  
 „ quandam prætensam erectionem ex-  
 „ cipiendo dicit, eam intentionem R.  
 „ D. Actoris probare non posse, quia  
 „ non præmissis literis Cridæ facta  
 „ 2do. quia præfata erectio est nulla  
 „ ex

„ex quo sapit alienationem, & quidem  
 „sine causa & solemnitatibus factam  
 „&c: &c: Alia iura & munimenta  
 „per partem adversam producta idem  
 „qui supra citatus si & in quantum pro  
 „se & contra partem adversam faciunt,  
 „hac in parte acceptat nec impugnat,  
 „Quæ vero contra se facere videntur,  
 „si contra eadem non fuerit aliquo mo-  
 „do sufficienter exceptum, verbo pro hac  
 „vice generalia dicit. Quare idem,  
 „qui supra citatus non obstantibus præ-  
 „tensis juribus per partem adversam  
 „taliter, qualiter productis inhærendo  
 „suis rationibus juridicis petit, se ab  
 „impetitione temeraria Actoris absol-  
 „vi & liberum pronunciari, eandemq;  
 „partem adtoream pro indebita vexa-  
 „puni, ac in damnis & litis expen-  
 „sis condemnari, salvo omni &c:

„Ex adverso Actor copias exceptionum  
 „ad replicandum contra easdem, ad  
 „primam juris sibi dari petiit, & per  
 „Decretum obtinuit. Vel Actore ex  
 „adverso contra exceptiones adver-

„*sus producta verbo generalia repli-*  
*cante.*“

Si itaque copias exceptionum Actor cum termino ad replicandum obtinuit, tunc tali termino adveniente comparens accusabit citati contumaciam, & in eius contumaciam replicationes in & contra exceptiones in termino anteriori per partem adversam contra iura pro se producta datas facto & in scriptis producet, easdemque admitti petet.

Citatus si contra replicationes huiusmodi duplicare voluerit, similiter petet cum præfixione termini copiam replicationum. Item si Actor velit contra duplicationes citati, triplicare, & citatus contra triplicationes Actoris quadruplicare poterit verbo vel in scriptis. Si verbo, incontinenti, si in scriptis, petet semper partis adversæ copiam, cum præfixione certi termini & a Iudice obtinebit. Post quadruplicationem vero aliæ instantiæ non dantur, sed debet subsequi Decretum sequens:

*Et Rñus D. N sedens &c: auditis*  
*&c:*



*Et: in causa præfenti conclusit, & pro concluso haberi voluit Et: ut supra ante terminum secundæ speciei probationum.*

**TERTIA SPECIES PROBATIONUM  
PER JURAMENTUM.**

Juramentum hoc fit dupliciter vel quando semiplene res probata existit, vel quando prorsus nullæ habentur probationes v.g. si actor citato intentaret & actionem ratione debiti ex mutuo id non probaret nisi uno teste, tunc cum semiplena huiusmodi sit probatio, in supplementum traheret se actor ad iuramento revincendum, vel si nullum prorsus haberet testem, nec syngrapham, & citatus vel absolute negaret mutuo acceptum, vel fateretur quidem accepisse, sed iam restituisse, in tali casu actor petit citatum per iuramentum evadere, & idem iuramentum ipsi deferret, quod citatus poterit vel acceptare, vel actori referre, & si referret, actor omnino explere tenetur, atque per Judicem Decretum intercedet iuxta partium controversias, qui animadvertere debet ex circumstantiis rerum & Personarum

rum

rum cuius patium explendum iuramen-  
tum debeat demandare. His finitis sequitur  
DE TERMINIS DECISORIIS.

Facta rei, de qua in actis, probatione,  
& in causa conclusionem, ubi iudex in iu-  
re & facto circa eiusmodi causam infor-  
matus est, sequi debet sententia; pro cuius  
prolatione si terminus praefixus non est,  
tunc accipitur citatio ex Cancellaria ad  
videndum & audiendum sententiam  
definitivam in causa & actione judi-  
ciaria inter N Actorem ab una, & N  
ratione N citatum ab altera partibus  
in iudicio nostro mot: & verten: ac in  
terminis decisoriis pendente ferri  
& in scriptis promulgari. Caetera-  
que &c: Certificantes &c: vel ad di-  
cendum &c:

Quo termino adveniente Actor petet  
ut in citatione.

„ Coram &c: comparuit persona-  
„ liter A. R. N in termino ex actis vel  
„ ex citatione legitime ut a tergo ap-  
„ parebat executam in diem hodiernam  
„ incidente contumaciam Nobilis N  
cita-

citati, quatenus non comparentis ac-  
 cusavit, & in ejus contumaciam se-  
 n-  
 tentiam definitivam in causa inter  
 &c: ferri, & in scriptis promulgari  
 postulavit. Praesente Nobili N cita-  
 to salvis &c: ac protestando &c: in  
 sententiae prolationem quatenus sibi  
 favorabilis consentiente alias a con-  
 traria & gravaminosa, ad quem de  
 jure appellaturum se protestante.  
 Vel si citatus non comparet, tunc in con-  
 tumaciam eius proferenda est sententia.

Hic Judex vel statim proferet sententiam  
 & publicari mandabit, vel proferet tan-  
 tum, & ad publicandum terminum assi-  
 gnabit, vel pro ferenda deliberabit.

Si in continenti proferet, & prolatam  
 publicari mandabit, tunc scribenda est per  
 Notarium taliter: *Et Rñus D. Judex*  
*qui supra sedens &c: auditis &c: visis*  
*& lectis tam inquisitionibus, quam ju-*  
*ribus hinc inde productis, nec non*  
*contra eadem exceptionibus, replicati-*  
*onibus &c: visisque aliis videndis &*  
*consideratis considerandis, ex quibus quo-*  
*niam &c: ideo &c:* Si

Si profert sententiam & statim publicari non mandabit, tunc: Qui Rm̄us Judex sedens &c: auditis &c: causa in presenti sententiam tulit, quam se publicaturum una juris declaravit.

Tali termino adveniente Actor petet sententiam publicari, quod in actis exprimet sic: „ Coram &c: comparuit &c: „ Actor in termino &c: contumaciam „ &c: & in ejus contumaciam Decretum jam alias in anteriori termino „ latum publicari postulavit. “

„ Praesente N in publicationem Decreti quatenus sibi favorabilis consuetudine. Qui Rm̄us D. Judex sedens &c: „ auditis &c: Decretum jam alias in „ anteriori termino latum, mihi Notario infra scripto publicari mandavit, „ quod & publicavi, est autem tenoris sequentis: Rm̄us &c: partium amborum controversiis exauditis. visisque „ & legi sibi factis tam juratoris in „ hac causa Testium depositionibus, „ quam juribus & documentis, hinc inde „ de productis [si ab utrinque producentur] „ iisque

„iisque attentis & mature discussis ac  
 „trutinatis, ex quibus quoniam &c:  
 „idcirco &c:

Si autem superferenda sententia Iudex  
 deliberabit, scribetur Decretum taliter:

„ Qui Rñus &c: auditis etc: super  
 „ferenda in hujusmodi causa sententia  
 „deliberat, hancque suam deliberatio-  
 „nem prima juris vel prima post o-  
 „ctavam se expediturum declaravit.“

Termino ex actis adveniente actor pe-  
 tet deliberationem expediri & sententiam  
 ferri ac publicari.

Citatus si comparebit in deliberationis  
 expeditionem consentiet, alias si non compa-  
 rebit Iudex in contumaciam deliberatio-  
 nem expediet. Fit autem Decretum tale:

„ Qui Rñus etc: auditis etc: resolvē-  
 „do deliberationem suam in causa præ-  
 „senti, de qua in actis, sententiam tu-  
 „lit, quam in seorsiva charta scriptam,  
 „mihi Notario infra scripto publicare  
 „mandavit, quæ est tenoris sequentis:  
 „Vel resolvendo; deliberationem suam  
 „sententiam definitivam tulit, et publi-  
 cari

„ cari mandavit, quæ est tenoris hu-  
 „ jusmodi. Christi nomine invocato,  
 „ pro Tribunali sedentes, et solum De-  
 „ um ejusque justitiam sanctam præ-  
 „ oculis habentes, per hanc nostram  
 „ sententiam definitivam, quam de Ju-  
 „ risperitorum consilio his in scriptis  
 „ ferimus, in causa et causis, quæ co-  
 „ ram nobis in prima seu alia verio-  
 „ ri versæ fuerunt, et vertuntur instan-  
 „ tia inter A. R. N agentem actorem  
 „ ab una, et Nobilem N de et super  
 „ eo quia ipse [ hic describatur tota pro-  
 „ positio vel saltim eius essentia ] rebusq;  
 „ aliis, de quibus fusius in actis reum  
 „ conventum ex altera partibus, in ju-  
 „ dicio nostro mot: et verten: auditis  
 „ partium ambarum controversiis et  
 „ disceptationibus verbo illatis, et in  
 „ scriptis productis, nec non rationi-  
 „ bus ex jure et facto resultantibus,  
 „ visis insuper et lectis inquisitionibus  
 „ & juratoriis Testium depositionibus  
 „ item juribus & documentis, ac scri-  
 „ ptis ad causam præsentem quadran-  
 „ tibus

„tibus, visis quoque aliis videndis, &  
 „consideratis considerandis, dicimus,  
 „pronunciamus, decernimus & defini-  
 „tive sententiamus, supra scriptum  
 „nobilem N prædium dotale, de quo  
 „in actis Ecclesie N proprium ab an-  
 „ni N injuste occupasse, & hæcenus  
 „detinuisse, fructusque ex eo nulliter  
 „& indebite percepisse, atque ejusmo-  
 „di prædio, ac ejus immemorabili pos-  
 „sessione & usufructu perperam di-  
 „ctum actorem & Ecclesiam ejus  
 „spoliasse, ac proinde ad deoccupatio-  
 „nem, & fructuum nulliter percepto-  
 „rum memorato actori & Ecclesie i-  
 „psius restitutionem spoliique purgatio-  
 „nem, ante dictum Nobilem N fore  
 „& esse compellendum, eique ne supra  
 „satum actorem de præmisso prædio  
 „quomodocunque, & per quascunque  
 „submissas & subordinatas personas  
 „molestet fore & esse inhibendum, ac  
 „respective dictum actorem Ecclesiam-  
 „que ejus in possessionem, toties menti-  
 „onati prædii, ex quo nulliter per ci-  
 „tatum

„ tatum dejectus fuit, fore & esse re-  
 „ imponendum & reinducendum, man-  
 „ datumque de reimponendo, seu ali-  
 „ ud quodvis necessarium & oportu-  
 „ num juris remedium fore & esse de-  
 „ cernendum, ac ex Cancellaria Nostra  
 „ in forma solita fore & esse relaxan-  
 „ dum, victumque victori in damnis &  
 „ litis expensis, quorum taxationem  
 „ nobis vel cui de jure in posterum re-  
 „ servamus fore & esse condemnandum,  
 „ prout compellimus, inhibemus, reim-  
 „ ponimus, decernimus, relaxamus &  
 „ condemnamus, & ita dicimus, pro-  
 „ nunciamus, decernimus ac definitive  
 „ sententiamus, non solum præmissis,  
 „ sed omni meliori alio modo. Ita  
 „ pronunciaui ego NN. Judex mpp.  
 „ Tandem continetur sic: lata, lecta, &  
 „ publicata fuit hæc sententia Anno N  
 „ die N Mensis N. A qua quidem sen-  
 „ tantia Nobilis N ad quem de iure appella-  
 „ vit. Et Rñus D. N. appellationem  
 „ hujusmodi refutavit, eodemque a re-  
 „ futatoriis appellante, Rñus D. stetit  
 in



in Decretis. Vel Qui Rm̄us D. Ju-  
 dex qui supra sedens &c: auditis par-  
 tium controversiis ac disceptationibus  
 suo coram Judicio factis, visisque &  
 lectis tam juribus, documentis &  
 scripturis authenticis, quam inqui-  
 sitionibus & juratoris Testium depo-  
 sitionibus, eisque matura cum deli-  
 beratione perpensis, discussis & tru-  
 tinatis, ex quibus quoniam luculen-  
 ter constat, & pathetice demonstratur  
 prædium, de quo in actis Ecclesiæ Ple-  
 banalis proprium dotale fuisse, di-  
 ctamque Ecclesiam ac Plebanum ejus  
 in pacifica per annos circiter N pos-  
 sessione dicti prædii extitisse, & mo-  
 do primum Nobilem N idem prædi-  
 um non minus nulliter quam injuste  
 in anno N sibi usurpasse, ac in eo-  
 dem anno vi ac violenter occupasse.  
 & ex eodem fructus injuste percepisse,  
 taliterque prædictam Ecclesiam &  
 Parochum ejus memorato prædio spo-  
 liasse, proinde suprafatum Nobilem  
 N citatum pro præmissis punibilem  
 adin-

„adinvenit, & quatenus in vim pœnæ  
 „marcas Polonicales 1000 per medium  
 „in fiscum, & per medium in rem dictæ  
 „Eccl. sic injuriatæ solvat, nec non  
 „prædium sæpe fatum Eccl. sic me-  
 „moratæ & Parocho ejus moderno a-  
 „ctori, una cum fructibus injuste  
 „perceptis, seu pro eis valorem justo  
 „& liquido pretio restituat, ac dimit-  
 „tat demandavit, victumque victori  
 „in damnis & litis expensis ( quorum  
 „taxationem sibi ) vel cui de jure ( in  
 „posterum reservavit ) condemnavit, ad  
 „quorum singulorum effectum manda-  
 „tum executivum cum termino N. di-  
 „erum decrevit, & ex Cancellaria sua  
 „in forma solita extradi mandavit. “

A quo Decreto &c: appellavit, &  
 Rm̄us &c: recusavit &c:

Nota imo. Si Judex appellationem  
 interpositam refutet, tunc potest eam exe-  
 cutioni demandare. Quod si vero appel-  
 lationi defert, non amplius eam exequi  
 potest, sed expectanda est sententia Ju-  
 dicis, ad quem appellatum est.

Hic

*Dim. Luy. Rey ind. C. P. J.*

Hic sequuntur Apostoli, qui nihil aliud sunt, nisi Decretum Judicis super interposita appellatione prolatum, & quando Judex appellationi defert, illud Decretum vocatur Apostoli delatorii, quando appellationem refutat, Decretum vocatur Apostoli refutatorii, quando appellationi non esset deferendum, sed nihilominus Judex eidem ob reverentiam Judicis superioris defert, Decretum tale vocatur Apostoli reverentiales.

*Nota 2da.* Aliquando Judex defert appellationi quoad solum effectum devolutivum dicendo v. g. Et Reverendissimus N appellationi huiusmodi detulit quoad solum devolutivum. Per tale Decretum intelligendum est, Judicem assentiri quidem & concedere, ut causa devolvatur ad Judicem, ad quem de iure, sed per eiusmodi devolutionem non se adstringere, quatenus latam per se sententiam executioni demandare non possit, quousque a Judice, ad quem non fuerit sibi inhibitum. His de sententia annotatis sequitur:

LIQUIDATIO EXPENSARUM LITIS.

Quando aliquis per sententiam in damnis & litis expensis condemnatur, vel eadem expensæ statim post publicationem sententiæ liquidantur vel tardius. Si statim, pars adversa producit listam expensarum, easdemque medio iuramento liquidare se offert, & moderari seu pro iustis adinventiri petit. Si tardius & non statim post publicationem sententiæ, tunc accipit citationem contra partem adversam *ad videndum & audiendum damna & litis expensas in causa inter N. Actorem, & N occasione N citatum, præfato A. R. N per Decretum nostrum sub die N inter partes latum adjudicatas, liquidari, taxari & moderari. Cæteraq; &c:*

Termino ex tali citatione adveniente Actor petet, ut in eadem, citatus vero si comparet, petet eas moderari, vel si appellavit, rogabit nihil debere attentari. & Judex interloquetur, quod in actis notabitur sic:

„ *Coram &c: comparuit personaliter N Actor in termino ex citatione etc:*

„*Ec: contumaciam Ec: & in ejus con-*  
 „*tumaciam Listam seu Regestrum da-*  
 „*mnorum & litis expensarum sibi per*  
 „*Decretum Judicii præsentis in cau-*  
 „*sa inter se Actorem ab una, & me-*  
 „*moratum Nobilem N occasione N ci-*  
 „*tatum ab altera partibus, sub die N*  
 „*latum, adjudicatarum ad summam flor:*  
 „*N ascenden: factam, facto & in scri-*  
 „*ptis produxit, seque ad easdem liqui-*  
 „*dandas admitti petiit. “*

„*Præsentem Nobili N ex aduerso*  
 „*principali citato salvis Ec: ac pro-*  
 „*testando Ec: dictas expensas per*  
 „*Rm̄am Dñāonem suam moderari po-*  
 „*stulante. Vel salvis Ec: stante ap-*  
 „*pellatione in causa præsentis nihil de-*  
 „*bere attentari dicente, & de attenta-*  
 „*tis protestante, “*

„*Et Rm̄us Ec: sedens Ec: auditis*  
 „*præmissis. ex quo appellatio refuta-*  
 „*ta, dictas expensas ad summam flor:*  
 „*N moderatus est, & ad easdem liqui-*  
 „*dandas memoratum A. R. N admi-*  
 „*isit, qua quidem liquidatione per ju-*  
 „*ramen,*

„ iuramentum a præfato N judicialiter  
 „ præstitum facta, Decretum tam quo-  
 „ ad omnia ejus contenta, quam quoad  
 „ dictas ejus expensas, debitæ execu-  
 „ tioni demandavit. “

Porro iuramentum debet esse super eo:  
 quod non minus expenderit, sicuti per  
 moderationem assignatum est, facta liqui-  
 datione sequitur

### EXECUTIO DECRETI.

Quoniam frustra Decreta ferrentur, si  
 debitæ executioni demandata non essent,  
 idcirco quando victus in causa non pareret  
 Decreto, & appellatio ipsius est refutata,  
 vel ab eodem intra terminum, sive a iure  
 sive a Judice præfixum, non est prosecuta,  
 vel absolute non interposita, & per  
 contextum sententiæ definitivæ mandatum  
 executivum decretum non est, [ nam si  
 Decretum est ex Cancellaria, statim ex-  
 tradi curandum, & parti intimandum ]  
 tunc actor accipiet citationem contra cita-  
 tum: *ad docendum se paruisse Decreto  
 nostro in causa inter A. R. N & memo-  
 ratum Nobilem N occasione N citatum*

Anno

Anno N, die N Mensis N lato, quo  
 mediante &c: [hic exprimenda est essen-  
 tia Decreti, seu id quod Actori adiudica-  
 tum] alias in defectu doctioris & pari-  
 tionis, idem Decretum debitæ execu-  
 tionis demandari, literasque execu-  
 toriales, vel mandatum executivum  
 decerni & relaxari mandari Cæte-  
 raque &c: Vel ad videndum & audi-  
 endum sententiam definitivam in cau-  
 sa &c: latam, & litis expensas in  
 huiusmodi causa per N erogatas &  
 adjudicatas taxatas & moderatas  
 debitæ executioni demandari, Lite-  
 rasque executoriales de super necessa-  
 rias & oportunas decerni, & in for-  
 ma solita relaxari mandari. "

Adveniente itaque ex huiusmodi citatio-  
 ne termino, Actor petet ut in eadem. Ci-  
 tatus vero si comparebit, & appellavit,  
 protestabitur de attentatis appellatione  
 pendente. Actor ex adverso impugnabit  
 protestationem, quod appellatio est refu-  
 tata, seu deserta vel in termino præfixo  
 non prosecuta & Judex interloquetur sic

vel similiter: „ Et Rm̄us &c: sedens &c:  
 „ si citatus compareret ] auditis partium  
 „ controversiis [ si autem est contumax ]  
 „ audita partis ad̄orece instantia iusta  
 „ & legitima citati vero contumacia,  
 „ eundem citatum diutius expectatum,  
 „ & non comparentem contumacem re-  
 „ putavit, & in ejus contumaciam,  
 „ memoratum Decretum debitæ execu-  
 „ tioni demandavit. Literasque execu-  
 „ toriales cum termino dierum N de-  
 „ crevit, & ex Cancellaria sua in forma  
 „ solita extradi & relaxari mandavit. „  
 Sub styli autem forma scribi solent.

LITERÆ EXECUTORIALES.

„ Theodorus &c. Am̄dm Rdis &c:  
 „ salutem in Dño. Noveritis motam  
 „ & agitatam fuisse ac esse coram nobis  
 „ Judioque Nostro N causam & a-  
 „ ctionem Judiciariam inter A. R. N  
 „ Ad̄orem ab una, & Nobilem N rati-  
 „ one N prout fusius in processu causæ  
 „ habetur citatum ab altera partibus,  
 „ intercessisseque ex seriis partium con-  
 „ troversis sententiam nostram defini-  
 „ tivam



„tivam sub die N Anno N Mensis N  
 „prolatam, qua mediante Nobilis N  
 „pro injuriosa sibi usurpatione prædii  
 „de quo in actis Ecclesie N propri do-  
 „tolis, ex eo fructuum perceptione, &  
 „Ecclesiam ac Parochum ejus eodem  
 „prædio temeraria spoliatione, ad  
 „marcas Polonicales mille per medium  
 „Fisco nostro, & in rem dicte Eccle-  
 „sice solvendas, nec non ad idem præ-  
 „dium deoccupandum una cum fructi-  
 „bus injuste perceptis. seu pro eis ju-  
 „stum & liquidum pretium restitu-  
 „endum, damnaque & litis expensas  
 „compensandum, & consequenter sub  
 „diem N fructum per dictum N cita-  
 „tum ex sæpe dicto prædio nulliter per-  
 „ceptorum, atque damnorum & litis  
 „expensarum liquidatione medio jura-  
 „mento per A. R. N factò subsequata,  
 „& per nos ad flor: Polon: moderata  
 „ad eosdem fructus cum damnis & li-  
 „tis expensis exsolvendis condemnatus  
 „est. Cum autem jus requirat ut De-  
 „creta quævis suam sortiantur execu-  
 „tionem

„ tionem, alias frustra ferrentur, si de-  
 „ bitæ executioni non demandarentur.  
 „ Idcirco nos præfatam sententiam no-  
 „ stram executioni mandare volentes.  
 „ Vobis suprascriptis Executoribus  
 „ in virtute S. Obedientiæ & sub ex-  
 „ communicationis pœna mandamus,  
 „ quatenus ad instantiam ante dicti A.  
 „ R. N. accedentes personaliter præfa-  
 „ tum Nobilem, si id commode fieri po-  
 „ terit, alias relictis copiis præsentium  
 „ in loco solitæ ejus residentie cum ob-  
 „ destinatione ejus familie domesticæ de-  
 „ dimissis, ipsum auctoritate Nostræ  
 „ moneatis & requiratis, quem etiam  
 „ nos præsentibus monemus & requiri-  
 „ mus ut ipse intra 15 dies vel N. no-  
 „ stram hujusmodi monitionem proxime  
 „ & immediate sequentes, quos ipsi pro  
 „ omnibus dilationibus, terminoque  
 „ peremptorio ac trina, imos scilicet 5  
 „ dies pro 1ma, alios pro 2da, ac reli-  
 „ quos 5 dies immediate sequentes pro  
 „ tertia, ac ultimaria canonica moni-  
 „ tione præfigimus & assignamus, ut  
 „ supra

„supra citato decreto Nostro in omni-  
 „bus satisfaciat, marcas decretas &  
 „damna ac litis expensas adjudicatas  
 „& moderatas Venerabili Fiscali No-  
 „stro, & respective auctori exsolvat,  
 „sub pœna excommunicationis, alio-  
 „quin si secus fecerit, & nostræ hu-  
 „jusmodi monitioni contumaciter pa-  
 „rere neglexerit, extunc nos ipsum  
 „prout exnunc præterlapso supra præ-  
 „fixo 15 dierum termino Christi no-  
 „mine invocato his in scriptis excom-  
 „municamus. Vobis supra scriptis  
 „Executoribus in virtute S. Obedien-  
 „tiæ & sub excommunicationis præ-  
 „mandantes, quatenus eundem Nobi-  
 „lem N sicut præmittitur per nos ex-  
 „communicatum Vestris in Ecclesiis  
 „singulis diebus Dñicis & festis coram  
 „populo ad audienda Divina congreg-  
 „gato publice ex ambonis denuntietis,  
 „publicarique & denunciari curetis  
 „præmissa tandiu exequentes, donec  
 „aliud a nobis habueritis in mandato.  
 „In quorum fidem &c:“ Solent etiam

Exc-

Executoriales scribi sub styli forma alia,  
 præsertim in Consistoriis Ordinariorum  
 videlicet:

SIMILES LITERÆ EXECUTORIALES.

„ Theodorus &c: Añdm Rñdis &c:  
 „ salutem &c: Mandamus vobis in vir-  
 „ tute &c: quatenus ad instantiam A.  
 „ R. N accedentes Nobilem N persona-  
 „ liter si id commode fieri poterit, alias  
 „ relictis &c: ipsum auctoritate nostra  
 „ moneatis & requiratis, quem etiam  
 „ nos monemus & requirimus, ut ipse  
 „ intra N dies, quos ipsi & quidem  
 „ primos dies N pro prima &c: præsi-  
 „ gimus & assignamus, decreto Judi-  
 „ cii Nostri die N Mense N Anno N  
 „ in causa inter dictum Actorem & N  
 „ occasione N citatum lato satisfaciat,  
 „ vel satisfaciendo memorato A. R. N  
 „ prædium Ecclesie ipsius dotale resti-  
 „ tuat, marcas Polonicas N nec non  
 „ flor: Pol: in vim damnorum & litis  
 „ expensarum, & fructuum indebite per-  
 „ ceptorum compensationis prævia li-  
 „ quæatione adjudicatos exsolvat &  
 „ realiter

5, *realiter enumeret &c: alioquin &c:*

[ scribantur omnia ut in forma superiore ]

*In quorum fidem &c:*

Executoriales huiusmodi per legitimum Executorem parti contra quam exportate sunt, debent intimari. Quæ si intra spatium temporis præfixi, eidem non parebit, & Decreto non satisfaciet, tunc lapsò termino præfixo, actor curabit easdem executoriales cum paratis cedulonibus & adnotata a tergo earundem literarum executione per Ecclesias deferri, & non satisfacientem in iisdem Ecclesiis pro excommunicatione declarari & publicari. Quod si quis excommunicationem huiusmodi contemnens eandem per mensem sustineat, citandus est *ad videndum eiusmodi excommunicationem aggravari &c:* Prosequendus est Processus idem qui connotatus est in Processu contumaciali.

Et hæc de Processu coram Iudice Ordinario in prima instantia dicta sufficiant.

BS X 154 X SS  
PRAXIS COMMISSORIALIS  
FORI SPIRITUALIS  
*De observandis ante, circa & post  
Commissionem.*

DE OBSERVANDIS  
ANTE COMMISSIONEM.

**P**ost latum Decretum Commissionis, incumbit parti, quæ commissionem petiit, exportare ex Cancellaria in forma authentica idem Decretum [ si vim Remissorialium habuit ] vel literas Remissorias, & cum dicto Decreto, aut remissoriis accedere Commissarios tum suos, tum partis adversæ, requirendo ipsos ut Literas Innotescentiales contra partem, una cum citatione contra testes cum præfixione certi termini sub Nominibus & sigillis suis extradant. Commissarii vero susceptis reverenter Literis Commissionis, a tergo earum Decretum super extradendis Literis innotescentialibus manibus suis vel si adfit Notarius Apostolicus de consensu DD. Commissariorum ipse connotet sub hac v. g. forma. „ *Anna N die N Mensis N.*  
*præ-*

„præsentēs Commissionis Literæ no-  
 „bis infra scriptis Commissariis [ vel  
 „DD. Commissariis ] fuerunt et sunt  
 „præsentatæ, et Literæ innotescencia-  
 „les tam contra partem, quam contra  
 „testes, pro die N. Mensis N extradi-  
 „ditæ. In quorum fidem etc: “

Et se subscribunt, vel si adsit Notarius  
 Apostolicus ipse suum apponit nomen,  
 & sigillam Notariatûs sui.

LITERÆ INNOTESCENTIALES.

Joannes N. Paulus N. pro Aëtorea,  
 Stanislaus N. Cantius N. pro citata,  
 ab Illustrissimo et Reverendissimo Do-  
 mino NN. DEI et Apostolicæ Sedis  
 gratia Episcopo N partibus, et causæ  
 infra scriptis [ cum plena facultate de-  
 cidendi, si illam commissam habent ] spe-  
 cialiter dati et deputati Commissarii  
 [ et Judices NB. si sunt cum potestate  
 decidendi ] Admodum Reverendis, Ve-  
 nerabilibus, Honorandisque Viris,  
 Præpositis, Parochis, Commendariis  
 (vel Honorandis Viris, Vicariis, Ec-  
 clesiarum quarumvis cæterisque Pres-  
 byteris,

byteris, quibusvis Clericis, Scholiregīs)  
 aliisque legitimis executoribus, tenore  
 præsentium requirendis salutem in Do-  
 mino. Et nostris imo verius Illustris-  
 simi & Reverendissimi Domini Dele-  
 gantis firmiter debere obedire man-  
 datis. Noveritis præsentatas Nobis  
 fuisse ac esse Literas commissionis, in  
 causa & actione judiciaria inter ( V.  
 Instigatorem Officii præfati ) & Ad-  
 modum Reverendum N exponentem  
 ex una, & Generosum N citatum,  
 occasione N prout alias fusius in præ-  
 allegata commissione ex Nobili Officio  
 emanata continetur ) partibus ab alte-  
 ra, coram eodem Officio mota & ver-  
 tente, de data N, die N. Mensis N. &  
 anni N emanatas, sigillo munitas Illrmi  
 & Redmi Domini Delegantis, ma-  
 nu vero propria Illustris D. Notarii  
 actuarii subscriptas, salvas, sanas, il-  
 læsas omnique prorsus vitio & suspē-  
 ctionis nota carentes, ad quarum in-  
 sertionem hic minime tenemur, dubitan-  
 tibus tamen de iisdem plenam futuro in  
 termi-



termino faciemus fidem. Post quam  
quidem Literarum præsentationem  
fuimus ex parte dicti ( V. Instigato-  
ris Officii præfatæ curiæ in N ) Ad-  
modum R. N. requisiti, quatenus ad  
executionem procedere dignaremur.  
cuius requisitioni ut iustæ nos annuen-  
tes mandatisque Illustrissimi & R. D.  
Delegantis obtemperare cupientes, ad  
executionem earundem commissionis  
literarum procedendum, literasque in-  
notescentiales tam contra partem,  
„quam contra testes extradendas esse  
duximus, uti quidem extradimus in  
DEI nomine per præsentem. Quocir-  
ca Vobis suprascriptis executoribus in  
Virtute Sanctæ Obedientiæ & sub ex-  
communicationis pœna mandamus,  
quatenus tenore præsentium requisiti,  
personaliter accedentes Generosum N.  
ipsum hisce nostris innotescentialibus  
Literis citetis, quem etiam nos præsen-  
tibus citamus, ut coram nobis Judi-  
cioque nostro Commissoriali die N Mē-  
fis & anni currentis, in loco loci sci-  
licet

licet N ( in Ecclesia vel domo Plebana-  
 nali ) aut ubi melius & commodius  
 visum fuerit, personaliter, legitime ac  
 peremptorie compareat, ad videndum  
 & audiendum Jurisdictionē Nostram  
 Commissorialem ea in causa fundari  
 ( a se citato directam responsionem ad  
 propositionem in præallegatis Literis  
 commissionis contentam, quatenus li-  
 tem contestari vellet, recipi, & eandem  
 connotari, alias in defectu personalis  
 comparitionis, præmissæque directe re-  
 sponsionis, videndum & audiendum  
 actum contumaciæ ipsius pro lite con-  
 testata declarari, testes per partem in-  
 ducendos admitti, recipi, eosdemque  
 prævio corporali juramento, ad inter-  
 rogatoria porrigenda examinari man-  
 dari ( Nos Judices competentes causæ,  
 & partibus pronunciari, testes induci,  
 eosdemque prævio corporali juramento  
 examinari, peractoque hujusmodi e-  
 xamine ( causam eandem finaliter de-  
 cidi & definiri ) dicta & depositiones  
 testium in occluso Rhotulo ad Judici-

um prælibati Illustrissimi & Reverendissimi D. Delegantis remitti (seu causam hujusmodi componi) alias juxta tenorem commissionis procedi. Citantes uno eodemque literarum præsentium contextu, pro die & termino superius præfixo ad nos Judiciumque Nostrum Commissoriale, testes per Vos a tergo præsentium nominandos & cognominandos, ad perhibendum fidele veritatis testimonium in causa superius descripta. In defectu autem personalis comparitionis, & hujusmodi testimonii perhibitionis, videndum & audiendum ipsos excommunicari, literasque excommunicationis decerni, ac easdem in forma solita extradi mandari. Cæteraque &c: Certificantes &c: Datum &c:

Joanes N.  
ad superscripta  
Deputatus Commissarius [ & Judex ]

Stanislaus N.  
ad superscripta  
Deputatus Commissarius [ & Judex ]

mpp.

mpp.  
Nota

Nota quod Literis innotescentialibus sicut & aliis instrumentis primò subscribunt Commissarii partis actorea.

Executio a tergo haturum literarum sic annotari potest: *Anno quo intro die N. Mensis N. Ego N. Organarius N. personaliter accedendo Admodum R. N. Præpositum Hospitalem N. ipsum præsentibus citavi, copiasque illarum ad manus illius proprias reddidi, authenticum monstravi, ac terminum intro specificatum coram DD. Commissariis comparendi assignavi, cæteraque, quæ intro mandantur fideliter executus sum. In quorum fidem me subscribo, vel de quo fidem facio, idem qui supra. mpp.*

*Item anno quo intro, die vero N. Menſe N. Ego N. itidem personaliter accedendo testes videlicet NN. ipsos citavi, copias præsentium ad manus reddidi, authenticum monstravi. terminum comparendi coram DD. Commissariis assignavi, & omnia intro contenta jaeliter executus sum. De quo*

*quo fidem facio, idem qui supra  
mpp.*

Adveniente die & termino DD. Commissarii ad locum loci, in literis innotescentialibus expressum & assignatum descendunt, qui si non fuerit commodus, in praesentia partium illum commutare possunt, non tamen in locum uni ex partibus suspectum.

DE OBSERVANDIS  
CIRCA COMMISSIONEM.

Ubi primum DD. Commissarii ad locum loci descenderint, cum partibus suis de meritis causae conferant, ut se informant, interrogatoria partium revideant, de quantitate & numero Testium inquirent, & si possibile sit, partes ad concordiam inducant, si & in quantum id commissum in literis commissionis habeant. Quodsi id fieri non possit, ut inducantur partes ad concordiam, vel quia de praedicio Ecclesiae perpetuo agitur, vel ex Nobili Officio proceditur, tunc adveniente termino & hora, sessionem in loco designato, convenienti tamen instituant,

L

men.

mensam ornatam, & in ea figuram Crucifixi; pro huiusmodi actu expediendo, collocari faciant, unum de medio sui præcipue tamen partis actoreæ Commissarium ad scribenda acta eligant, si & in quantum non est Notarius Apostolicus.

Antequam autem ipsius Commissionis expeditionem DD. Commissarii aggrediantur, invocationem Spiritus S. flexis genibus præmittant, tum primus Commissarius brevibus verbis salutet reliquos Commissarios tam nomine Delegantis, quam etiam suo, animando ad attentionem causæ, suadendoque ut secundum iustitiam omnes sentiant unum, tandem unum e gremio sui ad conscribenda acta commissionis, vel Notarium Apostolicum suo & aliorum nomine invitet.

Hicque actor debet producere sive reus producere instrumentum Commissionis, ac Innotescentiales DD. Commissariorum, & statim ad eosdem Commissarios profundanda iurisdictione instantiam faciet v.g. *Adm RR. DD. Ex Cancellaria Illm̃i N Delegantis emanatæ sunt Litteræ*

terce Commissionis in personas Il. Dñarum V, quas iterum reproduco, quibus visis Literce innotescentiales per Illres Dñarones V. extraditæ, ex quibus terminus in diem hodiernam incidit, de quarum executione ex appositâ relatione doceo, quare peto jurisdictionem Commissorialem fundari, Illrs Dñarones V. Judices competentes causæ præsentis pronunciarî, & Processum ulteriorem decerni.

Et D. Commissarius, sive Notarius assignatus vel assumptus connotabit actum v. g. in hunc modum.

Actum in Ecclesia Parochiali N, vel actum in domo Plebanali N, vel actum in Aula vel Curia N. Anno Domini N. Die N Mensis N.

Coram nobis infrascriptis tam pro Actorea, quam pro citata partibus ab Illrmo N ad infrascripta datis, & Deputatis [ si habuerint in instrumento facultatem decidendi, scribitur cum facultate decidendi ] Commissariis [ & Judicibus ] in termino hodierno ex literis

innotescentialibus, una cum ad citatione partis citatæ, debite ut a tergo illarum apparebat, executis proveniente comparens personaliter N principalis actor productio Decreto Commissionis in personas nostras sub die Lunæ N Mensis E. anni currentium, ex Cancellaria Illmi N emanato sigillo dicti Illmi communito, manu vero propria Il: Notarii actuarii subscripto in causa inter se principalem actorem ex una E A: R. N occasione N [ hic describatur propositio ] citatum ab altera partibus, E inheredo eidem Decreto jurisdictione necessam Commissoriale in DEI nomine fundari, nos Judices competentes causæ præsentis, in terminis duntaxat probatoris [ vel revisoriis ] pendentis, ac partibus superscriptis pronunciari, aliaque omnia juxta tenorem E obloquentiam præallegati Decreti Commissionis expediri debita cum instantia postulavit. In præsentia [ si pars citata est præsens ] A. R. N citati ex adverso principalis in fundatione in jurisdictionis con-

Jen-



sentientis. Nos Commissarii infra-  
 scripti viso præallegato Decreto, visis quo-  
 que Literis innotescentialibus legitime  
 ut a tergo earundem apparebat execu-  
 tis, attenta cadentia termini in diem  
 hodiernam incidentis, partis quoque  
 actoreæ instantiæ, citatæ vero consensu  
 & inhærendo præallegato Decreto Com-  
 missionis, jurisdictionem nostram Com-  
 missorialem in DEI nomine fundavi-  
 mus. Nos Judices competentes causæ  
 & partibus pronunciavimus, Proces-  
 sum ulteriorem decrevimus, & partibus  
 ad eundem procedere mandavimus.

Si vero adsit Notarius ad conscribenda  
 acta, exprimat in tertia persona fundave-  
 runt &c: tandem addat: *Et me Notari-  
 um infra-scriptum ad conscribendum  
 actum Commissionis assumpserunt &  
 deputarunt.*

Si pars citata est absens, Decretum scri-  
 bitur taliter: *Et nos Commissarii &c:  
 citatum diutius ultra horam audientie  
 expectatum & non comparentem, cor-  
 tumacem, prout æquum erat, suadente  
 iusti.*

*satorias illatas stante eo quod idem ci-  
tatus circa nominationem DD. Com-  
missariorum in Judicio Illm̃i Delegan-  
tis id non opposuerit, quinimo in eosdē  
consenserit, replicante, & ut supra ex-  
poscente.*

Hic DD. Commissarii semotis partibus  
alias eis iniungendo *na ustep* [quod cir-  
ca quamlibet interlocutoriam, & eo maxi-  
me definitivam sententiam faciendum]  
deliberent utrum sit illa oppugnatio legi-  
tima & iusta, ferantque Decretum si pro  
parte actorea tale: *Et nos Ec: non ob-  
stantibus partis N. impugnationibus  
verbo judicialiter illatis, & in scripto  
productis, ex quo pars impugnans in  
meram protelationem causæ præsentis  
id faciat jurisdictionem nostram Ec:*  
Si pro parte citata: *Et nos Ec: attenta  
partis citatæ impugnatione ex rationi-  
bus verbo & in scripto judicialiter il-  
latis, iisdemq̃ mature discussis, &  
trutinatis, a fundatione jurisdictionis  
Commissorialis supersedendum esse du-  
ximus, & pro cognitione rationum per  
partē*

partem N porrectarum, ad Judicem a quo, utramque partem remisimus Vel foundationem jurisdictionis Commissorialis in diem N Mensis N. in a<sup>n</sup>o currenti distulimus, & quatenus pars pro die & termino assignato compareat, injunximus, eundemque conservavimus. Vel foundationem jurisdictionis ex eo: quod locus hic N uni partium sit suspectus in alium videlicet N transtulimus &c: Decreti presentis vigore ad premissa mediante. Vel Et nos &c: auditis &c: attento quod citatus N prepostere exceptiones recusatorias inferat cum de consensu illius Nominatio Commissariorum in Judicio Ill<sup>m</sup>i Delegantis facta sit, ideo non obstantibus hujusmodi exceptionibus jurisdictionem nostram Commissorialem in DEI nomine fundavimus nos Judices &c:

Si pars a gravaminoso sibi decreto appellabit ad Judicem a quo, tunc admissa appellatione sic scribatur: A quo Decreto pars citata ad Illustrissimum Delegantem appellavit, cujus appella-

justitia pronuntiavimus, & in eius contumaciam iurisdictionem nostram Commissorialem in DEI nomine fundavimus, Nos Judices causæ & partis a-  
 ctoreæ comparentis pronuntiavimus, processum decrevimus, & eidem parti comparēti ad ulteriora procedere mandavimus.

Si pars citata impugnat Commissionem, tunc eius instantia sic scribitur: *In præsentia N citati ex adverso principalis, Actum præsentem Commissionis ex eo quod* [ hic danda est ratio impugnationis v. g. quia hanc causam avocavit Judex Superior, vel quia Commissarius N & N. est inimicus suspectus &c: ] *impugnantis & impediētis & ab eo supersederi (vel in aliud tempus differri, vel in alium locum transferri ) postulantis, alias ad Judicem a quo appellantis.* Hanc impugnationem Commissionis ex ratione Commissarii alicuius factam refutare potest actor sic: *Actore ex adverso contra assertas exceptiones citati verbo generalia dicente, Vel præpostere recusatorias*

tio est admissa. Si autem appellatio sit frivola, tunc scribatur: *Cujus appellatio est refutata, parte iterum a refutatoris appellante, DD. Commissarii steterunt in Decretis.*

Post fundatam Jurisdictionem & Decretum ulterioris Processus, Actor inducat Testes, eosque admitti iurari &c: petat, interrogatoria producat, quod in actis sic connotetur: *Tandem suprascriptus Actor in vim ulterioris processus in causa presentis, Testes videlicet NN ad perhibendum fidele veritatis testimonium legitime citatos induxit, eosdemque admitti, recipi, jurari & juxta interrogatoria & articulos examinari, peractoque hujusmodi examine, dicta & depositiones illorum ad Judicium, a quo in occluso Rothulo remitti, diem comparendi parti, ac aperiendi Rothulum assignari, debita cum instantia postulavit. Cum autem Commissarii habent facultatem causam decidendi, addatur: *Decretum definitivum ferri, illudque debitæ executioni demerari &c.**

In

*In præsentia citati ex adverso principalis in inductionem huiusmodi testimonium consentientis, Et Testes pro parte sua alias in relevantiam sui videlicet NN. inducentis, ipsosque admitti, recipi, jurari, ac juxta interrogatoria, quæ produxit, examinari petentis. Et nos Commissarii infrascripti huiusmodi testes pro parte actorea, de consensu citati, ac pro parte ejusdem inductos admisimus, eisdemque recepto ab illis corporali juramento super dicenda veritate præstari solito, juxta interrogatoria a partibus porrecta examinavimus.*

Hic describantur interrogatoria utriusque partis, quibus descriptis connotentur depositiones Testium sic: *Ad interrogatoria Actoris: Primus Testis N annorum N celebravit vel communicavit die N scit rudimenta fidei, favet iustitiæ ad primum &c:* hic describatur tota depositio testis cum causâ scientiæ, in fine examinis addatur: *Et tantum deposuit cui impositum est silentium* Similiter fiat cum omnibus Testibus, non interentur  
tatur

tatur etiam perlectio testimonii, testi qui illud dedit, ut se reflectere possit.

DE OBSERVANDIS POST  
COMMISSIONEM

Finito examine omnium testium sic concludendum est in actis: *Et completo quo supra examine testium in causa præsentis citatorum inductorum, et ad præsens per nos diligenter consideratis omnibus circumstantiis, solumque Deum ipsiusque tremendum Judicium ac iustitiam Eius S. præ oculis habentes prævio corporali iuramento, ut præmissum est, examinatorum, dicta et depositiones eorundem testium ad Illmum Delegantem vel Judicium N cum ea qua par est reverentia transmittimus, terminumque utriusque parti coram eodem Ilmo D. ad aperendum Rothulum ac auscultanda et publicanda huiusmodi dicta et depositiones testium diem N mensis N assignavimus. In quorum fidem nomen et cognomen cum sigillis opponimus. Dat etc. die et loco quo supra.*

Si autem DD. Commissarii instructi sunt potestate finaliter decidendi causam, tunc procedent uti dictum de Iudice ordinario in Processu Judiciario.

Tandem

Tandem sequitur oclusio Rothuli, in quo præter dicta testium omnia munimenta, documenta, iura &c: a partibus producta includi debent, quæ etiam antecederent nota productionis sive oblata instructa esse debent, quæ est talis: *Anno N. die etc: in Iudicio Commissoriali productum. NN. Notarius vel Commissarius mpp.*

Rothulus autem occlusus sic intitulari potest: *Rothulus Inquisitionis et Examinis testium iuratorum in causa inter NN principalem actorem ex una, et NN occasione N citatum ab altera partibus in Iudicio Nmota et vertente, per DD. Commissarios [ - vel per Nos Commissarios ] intro subscriptos in loco loci expeditus, ad idem Iudicium N clausus et sigillatus transmittitur, terminusque partibus dies N Mensis et anni currentis ad aperiendum huiusmodi Rothulum præfigitur et assignatur.*

FINIS.

Z BIBLIOTEKI  
SEMINARIUM  
SANDOMIERSKIEGO



in  
n-  
a-  
er  
Te  
in  
N.  
  
ari  
uis  
n-  
N  
ta  
vel  
n  
N  
f-  
en-  
um



00031748

IX